


2  
26

977



4.4

B-9902 C.R. 27-8


# ELEGANCIAS ROMANCADAS POR EL MAESTRO ANTONIO DE NEBRIXA MVY necessarias para introducción de la lengua latina nueuamente corregidas y enmendadas.

(:)



ANTIQUARIAE.

In ædibus Aelij Antonij Nebrissensis . Anno  
dñi. M. D. LXXVI.



ABELIUS ANTONIVS NEBRISSENSIS DOMINO D.R.4.G VZ.  
Archidiacono & Salvanticæ academie præclarissimo  
Rectori S. P. D.

\*

 In viâcram sententiârum Stephani Flisci oratoris clarissimi variationes (quas oratione synomina non indecenter appellari licet) non parum adolescentibus prodeſſe: plura ſunt sapientissime rector: que me hortantur, ut eas imprimendas curarem. Cum audiſſima iuuentus, quæ prieſci viris hac noſtra etate iam pridè cumulati contendit, ſuo non defrauato incepto, vix illi ſeculo cefura videatur et Latini ſtudia, que olim velut mutua longa intermissione extincta iuertunt, nunc demum virorum ingenio singulari qui omen doctrina ornati tanquam in ſubſilio poſtiſſi ſunt: in priftinū pubertatis florem restituuntur. Accedit ad hec: ut adolescentes: qui non longo tempore latini literis operam adhibuerunt: celeſtrine & facillime promptam & aperiſſimam viam ſi ad eloquentiam aſpirant: iuuenire poſſint. Fateor me tamen in redigeris ſynominiſ nihil addidiffe utilitas manasse: preterquam quod meliores veniſtioresque floſculos inde decerſi: & variationum ſententie vernaculae sermonem adieci. Reſtat igitur dignissime rector: ut tibi iuuenies qui rei lite rarie incumbunt: iugentes tibi gratias agant: qui per te hoc pulcherrimo opere fruentur. Vale.



STEPHANVS FLISCVS DE SONCIO IVVENI PERTISSIMA  
mo Ioāni Melioratio ornatissimo cuius Vincențio Cäcellario Paduano S. D.C. superiora  
verboruſ ſynomina tibi breueritatem abſoluſſent: mihi in mīte venit ut aliquas etiā tibi varia  
tiones iuferibet: quas profecto variationes ſententia ſynomina nō indecenter appellari  
licet. Que vel ad cōſtūmadas partes rhetorice orationis & argumentationis plurimā vale  
rent: vel ad eadēm exaggregandas & corroborandas admodum conducerent & expediunt.  
Quas variationes, ut commodius & condecentius eas in intentionis partibus conuenient  
mihi vides etiā: ſub itis partibus ordinavi: ut hec tibi faciliter, cum illis uti velles, ſuſſe  
erent & occurrerent. Utid conſimil tibi ſemper affirmanis: quod etiam tibi ſignificauit: ſic verborum ſynomina  
ma ordinarent quae ſuſta dicta yri rhetorice orationis parti, iavocata fuerit eandem imitando vnicuique teratam  
partium optimè accommodare poteris. Addo etiā ordinatus cum multa ex eo experimenta per me tibi hec via  
dixi. Quod ſi ex ſententiarum ſynomina diligenter inuenione per tractaueris epistolam exinde ad orationes quas  
volueris facile conſequeris, cum imitatio tantas profecto vires habeat: ut vel grammaticæ orationes vel ſingulis  
etiam dictiones ex rōne contorquere & contrarature poſſis, ut quacunq; ſententias velis ex ipiſ orationibus ſua  
que diſtinctionibus ſuſcibiles libidinosum volueris conſequi valcas. Sed quid ego me oſtentis has tibi inuenitionis & imi  
tationis rationes immuere vello: qui eis optime peruenient & multos amud me ac etiam ſige me conſiderat  
me pertractant? Cuna igitur pro his meis ad te commentarielis ex inuenitione & imitacione tibi pertractandis int  
lla mea indigens admitione: non certe videris pluribus detinendus. Sed vel clementissime currens ad eum  
ſum expotius velociorem adhortandus. Quod cum etiam tibi minime deſire exiſtimet, neq; defuſurum conſiderat  
gaudeat hunc meum pro te laborem nequaquam incassum defumpſe. Cui meo labore quantum de tuo ſtudio cuius  
iuffragor addideris: tantum profecto preter hunc meū tibi futurum eſt lucri. Vale & te excoſte, libellum. Com  
poſitionis præceptorem coſmodicē elocutionis prope diem expeſta. De hinc alius imitatioſis verborum & ſen  
tientiarum libellus conſequetur.

Con licencia del muy magnifico y muy reverendo señor Pedro de Escalona  
Viceroy en esta muy noble Ciudad de Antequera.



¶ Prohemium pro sinonimis exordiorum que sequuntur.

Voniam mi studioſiſime Ioannes dicendum eſt: hoc in primis potiſſimum deſi-  
deramus: vt auditores ſe prebeant promptiſſimos nobis ad audiendum idq; fit ſi  
aut quibus de rebus acturi ſi mus eos admonerimus aut ſi res de quibus agemus:  
oſtendamus: cū & mague ſint & noue & iuſtitatē: ita etiam ſint in iipſis auditō-  
ribus & eorum affinib⁹ & amicis ac reipub. plurimum honorifice conductib⁹ ac  
neceſſario: aut per commemorationem vel coniunctionis vel beneficiorum vel vir-  
tutum & earum rerum que inter virosq; intercedere conſtabunt que omnia ad ipsam audientiam no-  
bis comparandam plurimum valere intelligimus. Tibi ergo aliquas exordiendi rōnes deſcripsi: quibus  
intercedentibus innumerabiles pene alias tuipſe ex imitatatione a me q̄ibi explicata faciliter inuenire  
poteris.

¶ Ditta conuenientia exordio.

## ¶ Bios ſea en nuestra ayuda.

¶ Deus nos adiuuet. Deus ſit nobis adiumento. Deus ſit no-  
bis propitius. Deus nobis res nřas ſecundet. Deus cauſas no-  
ſtras ex volūtate proſperet. Deus adiſſit nobis. Deus negocia  
noſtra ſc̄eliciter fortunet. Deus optatis noſtris benigne cor  
repondeat. Deus accessiones noſtras ex ſentētia gubernet.  
Deus rationibus noſtris fauere velit. Deus ſit nobis ſecūdus  
vt volumus, & optamus. Deus cogitationes noſtras conſti-  
tuat quemadmodum deſideramus.

## ¶ Yo deſeo mucho que tu me amaffes tan- to quanto yo te amo.

¶ Vellem ita fortuna tuliffet, vt mutuo me diligeres. Optarē  
maxime, quod datum eſſet deſuper, vt tanti me faceres, quan-  
ti ego te facio. Vtinam ita comparatum eſſet, vt mutua eſſet  
inter nos benevolentiae coniunctio. Maxime deſiderare mvt  
pari mihi amore correponderes.

## ¶ Esto pertenesce a nuestra amistad.

¶ Hoc amoris noſtri eſſe puto. Hoc priſca noſtrā beneuole-

videtur esse . Hoc nostræ vetustæ amicitiaæ esse dico.  
Hoc nostræ singularis amicitiaæ proprium æstimo.Hoc antiquæ nostræ consuetudinis interesse dijudico.Hoc amantissimæ familiaritatis nostræ rectū esse animaduerto. Hoc profecto amantissimæ nostræ societatis debitū esse video.

### Yo te amo demasiadamente.

¶ Finem nullū facio miCicero in te amádo. Amori nostro stro nullum profecto finem impono. Amor noster sine fine terminatur. Nostram benevolentiaæ coniunctionem semper ternam fieri cupio. Nostram amicitiaæ affinitatem immortalitati consecrare desidero. Nostram consuetudinis familiaritatem perpetuam fieri volo.

### La amistad nuestra y de nuestros antecesores

res haze que nos podamos abiertamente usar vno con otro como consigo mismo.

¶ Antiqua nostra nostrorumq; maiorum familiaritas facit ut officium nostrum in medium communiter adducamus. Prisca nostra nostrorumq; superiorum benevolentiaæ coniunctio efficit ut me totū tanquā te ipsum possidere posis. Vestuta nostra inter nos amicitia me conuenit, ut alter altero familiariter vti possit.

### Pertenece mucho a nuestra amistad hazer seruicio vno a otro.

¶ Magnæ videtur esse nostræ vetustæ amicitiaæ, ut alter alterum bene afficere debeat. Hoc est nostræ antiquissimæ be-

**N**e uolentia: vt magis inter nos officijs exaggrare debeamus. Prisca enim nostræ affinitatis coniunctio et necessitudinis hæc depositulare videtur: : vt una certemus, qua ratione alter alterum beneficijs superare possit, vt officiū nostrū cōmuniciter in mediū adducamus, vt me totū tā quam te ipsum possidere possis: vt alter altero familiariter vti possit.

## **Tu no me declaras nada de nuevo en dezir**

que me amas.

**N**ouum profecto nihil mihi nuncias, cū me plurimū à te amari mihi significas . Nihil mihi inusitatū declaras, cū tuā mihi amoris charitatē demonstras. Nihil enim fictū in tua erga me familiaritate & cōiunctione puto nō esse inusitatū.

## **Be Bios viño que fuçsemos amigos.**

**D**iuino quasi consilio factum est, vt me tibi benevolentia coniungerem. Cælesti arbitror auspicio esse confectum, vt tuæ me familiaritati addicerem. Fœlici quodam augurio tuam mihi amicitiam copulaui.

## **Yo tengo antigua amistad con Caton.**

**V**etus est mihi amicitia cum Catone. Benevolentia coniunctio quæ mihi cum Catone a teneris annis initium cepit. Amicitia quæ mihi cum Catone amoris vinculum est. Nulla est sanctior amicitia , quam ea quæ mihi cum Catone . Amicitia quæ mihi cum Catone intercedit, est mibi sanctissime excolenda.

**Yo se bien que tu me amas mucho.**

¶ Mihi optime persuasi, me tibi charissimū esse. Hac enim ducor opinione, me a te plurimum adamari. Hoc equidem mihi induxit, maximo me a te amore complecti.

**Tu haces cosa digna de nuestra amistad en**  
comendandome tus negocios.

¶ Quod mihi causam tuam commendas: facis quidem quod nostram decet amicitiam. Quod me mones, ut nego cium tuum curare debeam, facis quod nostræ summæ benevolentiae coniunctionis interest. Id est, magis quod optimæ nostra amicitia postulat, quod a me petis, ut rationibus tuis inseruiam.

**Yo trabajo de conseruar tu amistad**

entera.

¶ De operam quotidie, ut ne quid de meo erga te amore perdere existimes. In uigilo assidue, ne quid meæ erga te benevolentiæ diminutum esse credas, vel, dies noctesq; ne quid de nostra coniunctione remissum esse factum putas. Ago sedulo, ne optimam meam erga te voluntatem aliqua ex parte refrigeratam esse suspiceris.

**Ninguna distancia de lugar podría**  
diminuir el nuestro amor.

¶ Nulla enim locorum longinquitas aut distantia posset  
temorem nostrum immutare. Nulla temporis interpolatio  
amicitia nostram immutatam reddere posset. Nulla con-  
suetudinis intermissione nostram familiaritatem interrum-  
pere posset. Nulla quidem visitationis insolentia ab opti-  
ma nostræ benevolentie coniunctione nos ab alienare  
posset.

**Yo hare por Publio por amor de ti aun que**

me tiene offendido.

¶ Lambertū, de quo mihi scribis, si ab eo lassus essem, amo-  
re tuo ordinandum suscipiam. Scabium quidem mihi con-  
mendas, tametsi nō paruis ab eo sim affectus iniurijs, tamē  
quod ita vis, sibi plurimum inferuiam. Silustum, de quo  
egisti mecum, quamquam me sibi adversarium constitue-  
ram: tamen a te rogatus meis officijs exaggerandum susci-  
piam.

**El amor entre nosotros luengamente con-**

seruado y crescido haze que yo pueda dezir te abi erta-  
mente mi parecer.

¶ Amor enim noster, quem à puericia susceptum non so-  
lum seruaui: sed etiam auxi: facit, vt te familiariter monere  
hortariq; possim. Optima enim nostræ benevolentie con-  
iunctio, quam ab ineunte ætate in vita indies magis stabili-  
mus, me hortatur, vt tecum apertissime agere debeā. Ama-  
bilissima nostri amoris necessitas usq; a teneris annis con-  
stituta mihi audaciā dat, vt tibi audacter præcipere valeā.

Yote

## Yo te amo cada día más.

Habeo enim mi Cicero te indies mihi chariorem. Nemo est profecto, quem maiori quam te benevolentia complectar. Familiaritas enim tua mihi est indies acceptior. Nemo enim quidem est, qui magis quam tu à me diligatur. Nemo est, quem plus apud me quam te ipsum valere velim

## Yo he promuido como tu eres mi amigo.

Tuam erga me benevolentiam expertus sum. Tuam erga me gratificandi voluntatem recte cognitā habeo. Tuum erga me amorem optime exploratum teneo.

## La memoria de la nuestra antigua amistad

es muy alegre ami.

Commemoratio tuæ nostræ antiquæ benevolentiaz maximam mihi lætitiam attulit. Quæ de prisca nostræ benevolentiaz coniunctione mihi renouasti, fuerunt mihi iucundissima. Memoria tua nostræ vetustæ familiaritatis summa mihi voluptatem confert.

## El tu amor me da cada día mayor contento

Amor enim tuus maiorem indies affert voluptatem. Tua quidem amicitia indies maiori me afficit iucunditate. Ex tua enim erga me benevolentiaz coniunctione ampliorem indies recipio delectationem. Tua profecto erga me familiaritatis affinitas maiorem in diés efficit oblectationem.

**La tu buena voluntad haze que yo desee**  
mucho la tu compañía.

¶ Quoniam voluntatem tuam bonam semper esse prospexit, tuam mihi familiaritatem coniungere desidero. Sententia tua, quam ego simplicem & apertā esse cognoui, facit, ut plurimum adoptem tua tecum amore coniungi. Cum opinionem tuā dexteram & ingenuam expertus sum, tuā coniunctitudini libenter adhæreo

¶ **Quasi aduinando la nuestra aduenidera a-**

mistad yo me he siempre forçado de hazerte plazer.

¶ **Quasi diuinarem, aliquando nos futuros benevolētia magha coniūctos, tibi libenter inseruire cupiebam.** Quasi p̄t̄ nosticarer aliquando fore debere, ut amantissima eslet nostra familiaritas: idcirco tuis rationibus cumulatissime inseruebam. Quasi vaticinarer summam nostram futuram esse coniunctionis necessitudinem, ego me tibi totum accommodabam.

**Yo he amado a pedro desde niño por su vir-**  
tud.

¶ Petrum nostrum oni virtute præditum usq; ab adolescentia maximopere dilexi. Petrus omni nobilitate insignitus multis de causis à me sumopere diligitur. Petru omnibus officijs refertu maxima semper sum benevolentia cōplexus.

**Yo he recibido dos plazeres de tus cartas**

¶ Dupli

¶ Dupliciter delectatus sum tuis literis. Tuæ quidem literæ  
duplicem latitiam mihi attulerunt. Ex tuis ad me literis du-  
plici quidem gaudio affectus sum. Multipliciter me affece-  
runt tuæ literæ.

¶ Míralo que hæzes, que a penas no puedo  
auec de ti cartas.

¶ Ironice.

¶ Vide quid agis, vix epistolas tuas referam in volumina.  
Fac respicias, ne nimium in scribendo defatigeris. Consu-  
le valitudini, ne te nimium in scribendo lasles.

¶ Ley tus cartas semejantes a tu virtud, hu-  
manas, graciosas, amables, virtuosas.

¶ Amoris demonstratio.

¶ Literas tuas legi similimas tuæ virtuti: humanas, gratio-  
sas: amabiles: officiosas. Literæ tuæ mihi delatæ sunt tuæ vi-  
tæ institutionis confinales, plenas prudentiæ, consilij: prou-  
dentiæ: sapientiæ. Tuas epistolas contemplatus sum tui bo-  
nitati accommodatas, honestas, liberales, fidas, còmodas,  
religiosas.

¶ La prolixidad de tus cartas me hæze ser lar-  
go en escriuir.

¶ Prolixitas tuarum literarum me quoq; longiorem in scri-  
bendo facit. Prolixæ enim tuæ ad me literæ, faciunt, ut ego  
etiam ad te respondendo prolixior esse debeam. Copiosissi-  
mæ tuæ literæ me admonere videntur, ut meas etiam ad te  
prolixas assignare curem.

B 2 proli-

**La breuedad de tus cartas me haze an-**  
mismo ser breue.

¶ Breuitas enim tuarum ad me literarum me admonet, vt  
ego quoq; in scribendo breuior esse debcam. Breues.n. tuæ  
ad me literæ quodammodo significare videntur. vt breuias  
etiam tibi respondeam. Cú te in scribendo breuem esse vi-  
deá: breuiorem esse me, quam solebá debere cōstitui.

**La bontiuació de tus cartas me muestra**  
la tu diligencia.

*Diligentie significatio.*

¶ Crebræ tuæ ad me literæ tuam mihi diligentiam demon-  
stant. Tuarum.n.ad me literarum diligens visitatio tuá er-  
ga me memoriam significant. Tuæ.n.literæ, quæ ad me fre-  
quenter deferuntur, satis magnum tuæ vigilantiæ argumen-  
tum declarant.

**yo respondere principalmente a la cabeza**  
de tus cartas.

¶ Quod caput fuit epistolæ ad id potissimum respondebo.  
Quæ summa est literarum tuarum ad eam præsertim respō-  
sionem accommodabo. Quod potissimum tuæ orationis  
argumentum esse videtur: ad illud præsertim rationes meæ  
defensionis applicabo.

**Escriptas ya y dadas mis cartas las tuyas**  
me fueron presentadas.

¶ Dili-

Diligentie significatio.

¶ Scriptis iam & obsignatis meis ad te literis, tuæ mihi de  
latae fuerunt. Ab solitis iam & tabellario commissis meis ti  
bi literis tuas mihi Lentulus dedit. Expeditis iam & missis,  
literis meis, tuas, quam primum recepi.

## La amistad que fue siempre con nuestros

parientes passados haze que yo te deua fauorescer.

¶ Necesitudo, quæ cum nostris superioribus affinibus ma  
gna semper constituta fuit, facit, ut tibi fauere debeam. A  
mor enim noster à iuuentute inter nos amantissimè  
constitutus me mouet, ut tibi liberaliter inferuiam. Familia  
ritas tam diu inter nos officijs confirmata potissima causa  
est, ut in nullo tibi desim.

## No me consintio la imitación de Tullio que te escriuiesse siempre de vna manera.

¶ Si, nihi per imitationem liceret, eodem exemplo aliquā  
do literas tibi mitterem. Si mihi per Ciceronis præcepta co  
cederetur: epistolarum formam semper imitarer, formam.  
Non sinit me Ciceronis imitatio eandem ad te literarum  
obseruare.

## Las tuyas cartas me han sido muy graciosas

¶ Iucundissimæ mihi fuerunt tuæ literæ. Amantiissimæ  
tuæ literæ amplum mihi gaudij cùmulum attulerunt. E  
tuis literis magnam suscepi consolationem. Magnam pro  
fecto voluptatem ex tuis literis habui.

**A**moris & delectationis denuo.

Rescribi vuestras cartas con grande plazzer.

**L**iteras quidem tuas fructedibili alacritate complexus sum. Sum n. tuas literas maxia cum amoenitate osculatus.

Suauissimas semper tuas accipio literas. Tuæ literæ mihi graues elegantesq; vix senti.

**Yo he resuebido tus cartas.**

**T**uas recepi literas. Tuæ mihi literæ delatae fuerunt. Tuæ mihi literæ per Stephanum fuerunt assignatae. Redditæ fuerunt mihi tuæ literæ. Stephanus tuam mihi epistolam ob-signauit.

**Yo he sabido portas cartas.**

Diligentie denotatio.

**E**x tuis literis intellexi, accepi: cognoui: suspicatus sum: didici: animaducit: comprehendit: iudicavi. Ex tuis literis doctus, admonitus: adhortatus sum. Ex tuis literis doctior: certior: prudentior factus sum. Tuæ mihi literæ declararunt: innuerunt: significauerunt. Tuæ quidem literæ me admonuerunt, admonitum fecerunt, docuerunt: crudierunt: incitauerunt: certiorem reddiderunt.

**La buena voluntad que me tienes me haze  
que te quiera como a mi mismo.**

**M**utua erga me voluntas iuxta demerita est: vt te me alterum

rum esse velim. Idem tuus mecum aliorum consensu mēri  
to depositum est ut omnes res meas tecum communes esse  
patiar. Confimile sententiarum iudicium tantam vim ha-  
bet, vt idem tibi deme, quod de te, præstare possis.

## La humanidad tuya acerca de mí, y la bue-

na voluntad que tengo contigo me da esta osadia que  
te pueda requerir familiarmente.

¶ Sumpsi ego pro summa tua erga me humanitate, et mea  
inte obseruantia, vt à te familiariter omnia petere possim.

Induxi enim mihi pro singulari tua in me benignitate, &  
perpetua tua aliimi inductione, vt omnia tua mecum dice-  
rem esse communia. Persuasi enim mihi pro maxima tua  
in me charitate & optima mea erga te fide, vt rebus tuis  
non minus quam meis familiariter vti valeam.

## La tu diligencia me es tan agradable que

procede de buena voluntad.

¶ Iucundior est mihi diligentia tua, quam voluntariam in-  
telligo. Gratior est mihi tua familiaritas, quæ mihi offi-  
ciosissima est. Acceptior est mihi tua liberalitas, quam  
spontaneam esse video. Amabilior est mihi tua virtus, quæ  
prudentissima est.

## La diligencia que has tomado por tu volú-

tad me da buena esperanza de poder conseguir mi  
causa.

¶ Diligentia tua qua sine meis admonitionibus vlus es, maximam mihi spem affert, vt causam meam obtinere posse confidam. Studium tuum, quod sine vlla mea rogationis significatione sponte tua in negotium meum declarasti: facit: vt causæ mex optime confidam. Vigilantia tua, qua sine literis meis certus es, me hortatur: vt de rationibus meis bene sperare debeam.

## Tu te has fatigado tanto por mí: que yo de

uo hazer lo lemejante por ti.

¶ Molitus enim prome tantopere semper fuisti, vt ego quoq; pro te maximopere conari debeam. Non enim me præterit pro commodis meis te semper elaborasse: vt ego etiam pro tuis ornamentis teneat vehementer infudare. Satis mihi constat, quod te pro rebus meis studiosissime exrcueris: quæ res merito me addicit, vt tibi etiam ex voto vigilantisimum præstare debeam.

## Tu te has mostrado verdadero amigo

ni (pues por mi honra has sufrido muchos trabajos.)

¶ Verum enim te mihi amicum præstitisti, cum multorum tibi odium ac malevolentiam pro. mea dignitate sustinendam suscepisti. Quod honoris mei studiosissimus extiteris, contentiones, maledicta, atq; interminations, quas pro me passus fuisti, satis apertissime profitentur. Quo me semper amore complexus fueris ex hoc faciliter intelligo, quod expostulationes, iniurias atq; malam hominum

gra-

gratiam pro mea fama conferenda sustinuisti.

## yo te doy muchas gracias.

¶ Magnas tibi gratias dico. Amplissimas tibi gratias habeo. Immortales tibi gratias ago. Condignas tibi gratias refero.

## yo no te puedo dar las gracias que mereces.

¶ Non habeo quas meritas tibi gratias reddere possim. Non n. reperio, quibus rebus parem tibi gratiam referre queam. Non est idonea mihi concessa facultas, vt merita gratificari valeam. Ea enim est mihi denegata potestas, ex qua me tibi beneficiorum memorem demonstrare possim. Nulla satis commoda est mihi oblata opportunitas, vt virum me tibi officiosissimum præstare queam.

## yo he verguença quer te de satisfacer con palabra desfieando tus merecimientos satisfacion por obra.

¶ Ago tibi gratias cum pudore, cum tua summa in me officia rem potius quam verba desiderent. Non enim libenter tibi gratias verbis ago, cum præsertim amplissima tua benemerita in me rerum effectum: non gratiarum actionem depositant. Corripior verecundia tam vili verborum munere tibi gratias agere, cum immortalia tua in me benemerita rem ipsam demereantur. Iam



non ago tibi gratias: cum enim re non possum referre, hinc verbis non patitur res satisficeri.

**Yo no puedo hazer que no te aya mucho de agradescer.**

¶ Non possum abduci , quin tibi plurimum gratificer . Vehementer adducor , vt tibi maximopere congratulati de beam . Compellunt me tuæ virtutes , vt tecum maxime lœtari velim.

**Yo tengo en merced a Zulio que me ha**

dado occasion de amarte.

¶ Magnam habeo Ciceroni gratiam , qui mihi causam dedit te amandi . Lentulo nostro summas teneor gratias agere , qui mihi initium aperuit me tibi coniungendi . Volutio magnam debeo gratiam referre , qui familiaritatem consequendi tuam materiam mihi obtulit.

**Las tus cartas me han dado grandísima consolacion.**

¶ Summum me ducem tuæ literæ reddiderunt . Tuæ profecto literæ ad suminam me lœtitiam adduxerunt . Tuarum enim literarum consolatio ad amplissimam futuræ commodatis spem hortatax sunt.

**Yo recibí de grado a Catón el qual viño a**

mi de tu parte.

¶ Catonem tuo ad me nomine profectum vidi liben-  
tissime. Lentulo, qui est mihi verbis tuis commenda-  
tus, libenter inscruiui. Ciceronis rationes per te mi-  
hi technicæ datas faciliter animo defendendas suscepimus.

## Yo no pudiera ver mas de grado a Caton

de quanto lo vi.

¶ Ciceronem libentius quam vidi videre non potuissi-  
sem. Lamiam gratius quam suscepimus suscipere non va-  
luisset. Torquatum constantius quam defendi defen-  
dere non potuissi. Curionem amantis quam tractauim  
tractare non potuissi.

## La diligencia de Tilio me ha dado gran

fructo.

¶ Diligentia quidem Ciceronis maximum nobis fru-  
ctum attulit. Vigilans enim cura nostri Ciceronis am-  
plissimo nobis fuit adiumento. Studium & n. Lucilli ma-  
ximum nobis confecit emolumentum. Incredibilem  
commodatem peperit rei publicæ. Accurata Vati-  
nij prudentia magnam communi saluti utilitatem com-  
paravit.

## Yo te quiero hazer saber aquellas cosas que

son acaescidas.

¶ Quæ acciderunt, existimauit te scire oportere. Quæ apud  
nos exorta sunt, volui tibi nota esse. Quæ nuper confecta  
sunt

sunt, tibi esse aperienda putau. Quæ sunt hic constituta, du  
xit tibi esse declaranda, ut hinc illas literas ad te, a

en que el estado nosotros estemos tu lo sa-

bras por estas cartas.

¶ Quem statum retincamus, ex his literis cognosces. Quæ  
sit nostrarum rerum conditio, heæ tibi literæ declarabunt.  
Quo statu simus, ex his literis poteris intelligere. Quomo-  
do res nostræ se habeant, per has literas certior fies dili-  
genter.

Yo he gran deseo que nosotros ayamos  
buena paz.

¶ Cupio maxime, vt aliquando ociosa libertate fruamur,  
Desidero vehementissime, vt tranquillam pacem possidea-  
mus. Expecto enim summo desidetio: vt à tantis molestijs.  
in quibus quotidie versamur, aliquando liberemur.

Finalmente aquello me yino que yo siem-  
pre he deseado.

¶ Illud tandem mihi venit, quod semper maxime fuit opta-  
tum. Illud mihi tandem oblatum est, quod semper adopta-  
ui. Quod diu vehementissime desiderau, id mihi hodierna  
die fœlix fortuna detulit.

Apenas yo te pude escreuir estando mucho  
ocupado.

¶ Vix potui tibi scribere summis occupationibus impe-  
ditus

ditus. Tandem tibi scripsi, paulisper maximo labore suble-  
taturus. Tandem tatu otij naestus sum: vt tibi aliquid literarum  
dederim. Vix potui otij tantulum mihi suppeditare, vt hæc  
tibi significarem.

## Las cosas que te tengo de dezir te sontan

prouechosas que ltego las deues hazer.  
¶ Quæ tibi exploraturus sum, ita cōmoda sunt & vtilia , vt  
maxime debeas ea tibi velle cōparare. Quæ te sum admo-  
niturus: ita sunt rationibus tuis suffragantia atq; oportuna,  
quod ea obseruare debes. Quæ tibi significare constitui, of-  
ficiosa sunt & ita conducibilia, quod ea sunt tibi maximo-  
pere complectenda.

## Yo siempre fauoresci a fauorescere a tu hora

¶ Honori enim tuo nunquam defui necq; defuturus sum. Au-  
toritati tuae semper quidem fauere constitui. Laudibus e-  
nim tuis, quantū in me fuerit, semper inseruiam. Dignitate  
enim tuam dies noctesq; studiofissime tueor.

## Si tu eres tan buen amigo como solias tra-

baja por me defender.

¶ Si pristinā in amicis defendendis benevolentia retines  
te rogo, vt me suscipias defendendū. Si idem patronus es in  
amicis conseruandis , qui esle soles; me tibi totū trado tua  
fide complectendū. Sit alis es amicorum defensor, qui consue-  
uisti, me tua virtute suscipe proteendum.

## yo ansí como deuo bare de grado aquello

que-

que tu me encomiendas.

¶ Mandatum tuum curabo, vt debeo, diligenter. Tuum negocium agam, sicut tenor, studiosissime. Causam, quemadmodum es demeritus, ad me recipio defendendam. Omnes rationes tuas, cum mihi onus incubit, omnibus viribus sustinebo.

### Yo no te saltare jamás.

¶ Studium n. meum nunquam est tibi defuturum. Opera n. mea erit tibi semper paratissima. Ego nullum tibi vñquā officiū denegabo. Mea enim fides nullo tibi loco deficiet.

### Yo soy continuamente solicitó de hazer tus hechos.

¶ Sum quotidie curiosus in rebus tuis. Non cesso sciscitari, quis tibi fortunæ status maneat. Dies enim ac noctes diligens sum ad inuestigandū quā rerū conditionē possideas.

### Tu no pudieras auer hecho mas fabiamen te que hiziste.

¶ Non potuisti sapiētius facere quā egisti. Causa enim nostra nō potuisset cōmodius trāsigi quā cōfecta est. Quæ perfeci sti accuratori quidem ratione curari non potuissent. Quæ fecisti omni prorsus reprehensione carere videtur.

### yo quiero que tu seas participante de mis bienes.

¶ Participem meorum bonorum te esse volo. Socium meum

rum

rum accessionum te fieri cupio. Comitem meæ fortunæ  
te mihi recipio.

## yo deuo ser siempre pregonero de tus lo-

res.

¶ Amplissimus tuarum laudum præco merito esse debeo.  
Aſiduus enim tuæ existimationis imitator existam decet.  
Perpetuus euidem tuarum virtutum prædicator esse vo-  
lo. Ardentissimum tuæ gloriæ amplificatorem me ſemper  
futurum eſſe conſtitui.

## yo tengo grandissima amistad con Caton,

¶ Omnia mihi cum Catone iura necessitudinis intercedunt  
Omnis enim vis optimi amoris mihi eſt cum Sulpicio co-  
ſtituta. Omnes benevolentia accessiones ſunt mihi cum  
Catone ſtabilita. Omnia quidem cognitionis mihi ſunt  
cum Cicerone corroborata.

## Pedro te dira todo mi estado.

¶ Omnem conditionem ſtatus mei tibi declarabit Horté-  
ſius. Totam enim rationem gubernationis meæ tibi expli-  
cabit Oratius. Totam enim ſummam consilij mei te doce-  
bit Opimacus.

## Todos los tuyos te diran quanto he sido

diligente en tus negocios.

¶ Quáto studio cám tuá omnibus in locis defenderimmo es  
tui tibi declarabut. Quáta enim vigilatia pro diante tua  
vbiq;

vbiq; defendenda adhibuerim, ex tuis omnibus certior fieri potes. Quo.n.animo : qua cura : qua diligentia : quane contentione rationes tuas in omni re tutatus sum , omnes tuos ad te scripsisse arbitror.

## Yo creo que tu sabes quanto soy diligente por tu salud.

¶ De meo studio erga salutē tuā credo te cognoscere. Quæ sit mea pro tua voluntate vigilantia, existimo te intelligere. Quantū pro te seruando labore desumpserim arbitror te non ignorare.

## Yo no devo de hazer ninguna cosa por ti.

¶ Ego nullū locū prætermitto te lassandi. Ego nullū labore subterfugio te iuuandi. Nullā periculū expauesco te consuandi. Ego nullū causā declinare debeo te amandi . Ego nullā debedo recusare fortunā te ornandi.

## Lo mas presto que yo he podido hize por ti, toda cosa de grado.

¶ Quā primū facultatē natus sum te adiuuādi, omnia protegendo libentissime suscepi. Vt primum sum potestate consecutus te ornandi, nullum pro te exaggerando labore fui. Vt primum mihi oblata est inseruendi oportunitas, nihil profecto prætermisi.

## Todas mis coses estan siépre a tu volūtad. Quæcumq; in me bona sint, constat tibi semper paratiſſi ma.

ma. Quantum enim in me est: tantum de me polliceri potes. Quaecunq; facultas est, ea arbitratu tuo libenter exporetur.

### Yo te he aparejado aquello q; te he prometido

¶ Quod tibi pollicitus sum, data opera paraui. Quod tibi promisi, diligenter absolui. Quod pro te facere significau, mea sponte curau.

### Tu puedes ver ligeramente quanto te amo,

¶ Facile enim pro spicere potes, quam mihi charus sis. Potes enim quam faciliter intelligere, quantum te mihi gratissimum habeam. Non est tibi difficile cognoscere posse, quam mihi sis acceptissimus.

### Yo conozco claramente que tu me amas.

¶ Facile intelligo me a te plurimi fieri. Optime mihi exploratum est, te mihi plurimum attribuere. Quant me facias, possum quam faciliter conspicere.

### Crees tu que yo sea tan desconocido que

no te ame quanto tu arias am?

¶ Existimasne, me ita inurbanu, vt te mutuo non diligerem? Adeo me ingratum arbitraris, vt paribus tibi officijs non responderem? Putasne me adeo esse iniustum, vt consimile officij vicissitudinem tibi non attribuarem? Adeo me inhumanum esse iudicas, vt eandem diligentiae retributio nem tibi non prastarem?

**Yo te quiero tanto bien que a ninguno quie  
ro mas que a ti.**

¶ Tanta insigne est meæ erga te voluntatis iudiciū: vt nemini te maiorem faciam. Tanta est erga te amoris magnitudo, vt in te amando tibi neminem anteponam. Tam eximia mea erga te benevolentia est: vt neminem tibi amore comparem.

**Vidra quanto terecio.**

¶ Vide quantu apud me sis. Vide quanti te facio. Vide quantum tibi attribuo.

**Yo te tengo singular amor.**

¶ Unico enim te amore prosequor. Summo enim te amore complector. Incredibilis est mea erga te amoris coniunctio. Immortalis est nostræ coniunctionis affinitas.

**En todo lugar a donde me hallo yo te ala  
bo mucho.**

¶ In omnibus locis, vbi me esse contigerit, maximis te laudibus extollo. Ego te quotidie commendare non desisto. Nō cessabo dies noctesq; amplissimis te laudibus illustrare.

**Yo fauorezco tanto la tu dignidad que yo  
hago toda cosa por ella.**

¶ Dignitati enim tuæ ita faueo, quod omnē operā, curā, laborē, studiū, vigilantiā ad amplitudinē tuā cōfero. Virtutes

n. tuas

n tuas ita diligo, quod tibi sū libēter inseruiturus. Omné n.  
tui statu conditionē ita charissimā habeo, vt omnia pro  
tua salute sim libenter expositurus.

## Sepas que yo hago tanto por Caton quā to la sū virtud merefce.

¶ Scias Catonē tāti a me fieri, quātū ipsius virtus depositu-  
lat. Catonē equidē tāti facio, quātū eius officia demerētur.  
Ego.n.Catoni tātū atribuo, quātū eius merita vidēt exigere

## Yu me has rogado que te escriua de las co- fas que a ti pertesnecen.

¶ Admonuisti me, vt si quid esset, quod ad te pertinere ar-  
bitrare, tibi significarē. Constituisti mecum, vt, quæ te attin-  
gerent, tibi aperirē. Iussisti, vt de his, quæ ad te pertincent,  
te certiorcm facerem.

## Sin tener que te escreuir cosa de nuevo no

he dexado ninguno de nros amigos yr a ti sin mi carta.

¶ Et si nihil haberē, quod scriberē: tamē volui amico ad te  
eūti aliquid literarū darc. Quāquā quid potissimū tibi scri-  
berē nō haberē: curaui tamē has literas ad te ferendas. Ta-  
men si nihil noui, quod tibi declararē, mihi in mentē venit:  
tamen volui potius meas literas inānes quā nullas esse.

## Yo trabajo mucho que la nuestra república sea salua.

¶ Quod potissimū curo est, vt nostram républicam saluam

perme esse velim. Quod summopere desidero est, ut communé saluté illæ sam conseruare: cipiá. Quod in primis ex opere est, ut rationibus publicis recte consulatur.

## Como todos seamos obligados a la república

blica no menos quiero yo hazer lo que a ella cumple.

¶ Cum omnes reipublicæ recte consulere debeamus: idcirco, quod sibi conducere mihi visum est, in mediū adducā. Cú mihi etiā incubat, vt républicā saluam esse desideremus ideo, quod sibi y sui cuenire existimo, bono quidē animo aperiā. Res enim publica omniū nostrorum optima parentis, vt sibi fauca m̄iure demeretur.

## El amor q̄ tiene s̄ cō la república me agrada

¶ Charitas, qua erga m̄icam patriā afficeris, est mihi iucundissima. Pietas, qua rempublicā complectaris, accidit mihi suauissima. Fides enim, qua patriam cōmuni semper excusisti, est mihi quam gratissima.

## Yo no me arrepentire jamás de auer trabajado por la república

Nunquā mihi displicebit pro republica plurimū elaborasse. Nunquā me p̄nitēbit patriā mēā defendisse. Nunquā me dolēbit pro cōmuni salute vehementer insudasſe.

## Yo he plazer q̄ tu ayas buena opinió de mí.

¶ Gaudeo plurimū te de me recte sentire. Lector maxime meam viuendi rationem tibi probabilem vjderi. Maxima afficiar iucunditate, ea quæ facio tibi placere.

## **La liberalidad de Caton es grande.**

¶ Vide quanta fuerit Catonis liberalitas . Vide quantum sit Cato officiosissimus . Vide quanta sit Cato benignitate refectus . Vide qua munificencia sit Cato omnibus peritis simis .

## **Plauto enamorado de tus virtudes procurra de te complacer.**

¶ Plautus clarissimis tuis virtutibus incensus tibi seruire desiderat . Plautus clarissima tua voluntate concitatus cupit virtutes immortales reddere . Plautus celebritate tua famam perpetuam affinitatis coniunctionem tecum expectat congelare .

## **Ioan me ha siempre honrado.**

¶ Ioannes me semper plurimum obseruauit . Ioannes summo erga me officio semper vsus est . Ioannes se mihi semper facillimum praestitit . Ioannes mea semper voluntati contentperauit . Ioanes se mi semper obsequentissimum obtulit .

## **Los tus grandes servicios acerca de mi,**

me hazen yo me deua recordar de ti .

¶ Facit enim perpetua tuorum erga me beneficiorum magnitudo , vt sedulo tui memor esse debeam . Amplissima tua in me officia efficiunt , vt omnia , quae tibi grata sunt , pro te perficere debeam . Immortalia tua in me benemerita non sinunt me aliud quicquam nisi de tuis commodis & orna-

mentis cogitare. Sunt dies noctesq; sedulo in hoc occupatus, vt pro tuis in me officijs perpetuo commemorandis tibi satisfacere studeam. Cum tua in me officia summa esse constet: omnia sunt mihi pro te merito ac diligenter agēda.

### Yo deuo hazer toda cosa por ti.

¶ Quantum enim consequi possum, tantum pro te expонere debeo. Quantum in me est, id omne pro tuis ornamentijs profundere teneor. Quantas mihi bonorum accessiones comparare potero omnes pro tuis commodis libenter in medium adducam.

### Aunque yo no desee otra cosa sino mostrar

me a ti grato, mas. &c.

¶ Et si gratius nihil accideret, quam vt rem tibi gratissimam efficere possem, tamen &c. Tamen si mihi nihil gratius accidere posset, quam vt virum me tibi beneficiorum memorem præstare valeam, tamen. &c. Quanquam mihi nihil optabilius contingere posset, quam vt tuis rationibus me accommodare possem tamen. &c. Et si ex omnibus mihi optatis illud eslet in supremis, vt quo animo erga te sim re ipsa cognosceres, tamen. &c.

### El amor me haze hazer aquello por ti que

non haria por mi.

¶ Amor ea me iubet pro te efficere, quæ pro me ipso non facerem. Sumenim benevolentia compellus, vt ea cūrem pro tua dignitate, quæ pro rebus meis non curarem. Non

enim

enim possem adduci ea pro me agere, quæ pro te facere a-  
mor me cogit.

## Conociendo yo los beneficios que tu me

has hecho yo soy obligado hazer todas las cosas que te  
sean prouechosas.

¶ Cum tuam erga me benevolentiam considerem omnia  
fui libentissime perfecturus, dum tibi auxilio esse possim.  
Cum animaduertam, quanta fuerit tuorum erga me officiorum magnitudo, omnia diligenterie procurabo, ut mo-  
rem tibi geram. Cum mihi inmentem venit, quibus, quatis  
quamque magnis me beneficijs exornaueris: omnia sum  
pro te perpestrurus, dum tuam dignitatem tueri possim. Cū  
tua in me demerita ex memoria repeto, omnia constituito  
llerare debere: dum rationibus tuis consulere debeam.

## Autendo tu hecho toda cosa por mi salud

yo ansi mesmo deuo hazer por ti.

¶ Cum id semper curaueris, ut me saluum esse volueris: mea  
interesse videtur, ut omnia pro te merito efficere debeam.  
Cum me incolumem semper esse studueris: meæ partis erit,  
ut tibi nil denegare debeam. Cum omnes fortunas meas in-  
tegerim asseruare nixus fueris, mecum erit onus, ut om-  
nia pro te sustinere debeam.

## Yo forzado por amor deseo de hazer toda cosa util.

¶ Ego benevolentia impulsus quo quotidie qua ratione

me tibi accommodate possum. Ego beneficijs adiutus que  
ro aliquid, quod tibi conducat, pro te perficere. Ego virtuti  
bus adhortatus omnem meam facultatem polliceor. Ego  
affinitate commonitus me tibi totum expono.

## Buscando yo que te escriuiesse me vino a la

memoria de incitar te al estudio, o a la virtud.

¶ Querenti mihi, quid ad te potissimum scriberem: illud  
in mente me venit, vt advirtutes te pluriū adhortarer. Con-  
sideranti mihi, quid tibi literis significare deberem, illud ac-  
currebat, vt ad studia bonarum artium te vehementer inci-  
tarem. Cogitanti mihi, quid per me tibi scribendum esset,  
illa ratio apparebat, vt te ad gloriam tuorum maiorum in-  
uitarem. Perscrutanti mihi, quo te genere literarum visita-  
rem: illud scribendi genus accidebat, vt viros virtutibus ce-  
leberrimos imitari deberes.

## Bios es testigo que yo a ninguno quiero mas que a ti.

¶ Deos hominesq; testor, nihil te mihi charius accidere  
posse. Deorum hominumq; fidem obtestor, nihil esse mi-  
hi antiquius dignitate tua. Deos hominesq; testes implo-  
ro honorem tuum non mihi minori esse curæ quam  
meum proprium. Deus, qui omnia recte videt optimus te-  
stis esse potest, nullius aliis benevolentiam quam tuam ac-  
cidere mihi optatiorem. Omnes homines mihi testes ad-  
duco, menihil aliud magis quam felicitatem tuam  
adoptare.

## **Porque tu me has siempre ayudado yo de**

uo satisfazerte.

¶ Quoniam in omnibus rebus meis maximo mihi præsidio semper esse voluisti: idcirco parem tibi gratiam referre studeo. Quoniam in omnibus meis agendis summum mihi tuum adiuuamen præstisti: ideo eandem suffragationis vicem præstare debeo. Quoniam in omnibus meis rationibus te semper libentissime accommodasti: nitor retribuere.

## **La grande vtilidad la qual yo he pensado**

Se te sigue me haze te aya de escreuir.

¶ Magna rei vtilitas, quam pro te excogitaui, me ad scribendum incitauit. Amplissima commoditatis vtilitas, quæ rationibus tuis plurimum incumbere videtur, me compulit, vt tibi scriberem. Facultas rerum, quam maxime tibi vni futuram esse video, me adduxit, vt per meas ad te literas te admonerem.

## **Aquello que yo he pensado por ti te sera**

muy prouechoso.

¶ Quod pro te excogitaui, magnum est tibi lucrum allatum. Quod mihi pro te in mentem venit, eximum vtilitatis emolumentum est tibi comparaturum. Quod pro te ago quotidianè, ad maximum tuæ dignitatis incrementum plurimum attinere videtur. Quod pro te studeo perficere, amplissimis tuis rationibus facultatem accessionis adjicet.

**Porque yo te he siempre tratado a mí querer**  
tu puedes hacer lo semejante de mi.

¶ Quoniam arbitratu meo te semper expertus sum, eadem profecto ratione de me statuere potes. Quoniam voluntatem tuam cum meo iudicio semper coniungere voluisti: meū etiam consensum opinioni tiaz sam libenter accōmodaturus. Quoniam arbitratu meo rebus tuis omnibus sicuti meis ysls fui: pari quidem iuris res omnes meas posside:re potes.

**Toda vez que yo he ando menester de ti**

yo te he hallado tanto gracioso q̄ yo te soy muy obligado.  
¶ Quoties auxilio tuo mihi opus fuit, adeo te facilem, dulcē & humanum expertus sum, vt maximopere me tibi debere dijudicem. Quoties tuum pr̄sidium expetiui, ita retractabilem semper esse cogoui; vt nihil, quod à me velis, tibi de negare debeam.

**El tu buen testimonio dirá la tu diligencia.**

¶ Studium tuū honori meo nunquam desuisse status meus ex te conseruatus optimus testis esse potest. Diligentiam tuam pro commodis meis semper extitisse amplissimam, omnibus semper libertissime pr̄dicabo. Auxilium enim tuum mihi semper suisse paratissimum, optime memoria teneo, et, dum viuam, recordabor.

**Las grandes honras que tu me has hecho.**

no merecen que tu me ruesques queriendo alguna cosa  
de mi.

¶ Amplissima tua erga me liberalitas non patitur, vt vlla  
quidem ratione meores, cum omnia sp̄ote mea pro te per-  
ficerem debeam. Preces enim in amicitia nostra sublata esse  
debent; cum in me tua beneficia optimi demerita sint: vt  
omnia, quæ in me sunt, pro tuis commodis in medium te-  
netur exponere. Non enim opus est, vt à me quicquam re-  
gando contendas: quoniam immortalis tua in me be-  
neficiorum magnitudo perpetuo me tibi deuinctum  
efficit.

**yo trabajare por tornar te el cambio de los  
beneficios que tu me has hecho.**

¶ Omnes enim rationes persecutor, vt pro tuis in me me-  
ritis merito tibi gratificari possim: Omnes enim vias per-  
cuntor, vt pro tuis in me officijs virum me beneficiorum  
memorem cognoscere possis: Nullum profecto locum præ-  
termitto, vt pro summa tua in me liberalitate paré tibi be-  
neficiorum gratiam referre valeam.

**Por el amor que yo te devo pienso ha-  
cer todas las cosas que a ti serán prouechosas.**

¶ Quoniam incredibilem quendam amorem tibi debeo:  
dies, ac noctes de ornamentiis ac cōmodis tuis excogitare nō  
desino: Quia singulari in te studio tenet, illas quotidie ra-  
tiones persecutor, ex quibus tibi merito satisfacere possim.

Quo

Quoniam omnia quævis maxims tibi debere profiteor,  
illud semper curo, ut tibi prodesse possim.

## Los que hazen por nosotros merecé que

hagamos lo semejante por ellos.

¶ Qui nobis se præstant pàratos vehementer, pronos, faciles, officiosos, iure ipso demereri videntur, vt nos etiâ sibi vigilantes, bonos & optimos declarare debeamus. Cum tu mihi obsequentiissimus extiteris, me tibi omnibus in rebus conscientiem expecta. Cum tu mansuetus atq; tractabilis meis omnibus esse voluisti: ego etiam accurabo, vt me tuis bonum, gratum atq; acceptum dijudices.

## Aquellos que sufren peligro por nosotros

merecen el semejante de nosotros.

¶ Qui pro nobis incômoda sustinuerunt, iure demerentur vt parem iacturæ vicem tolerare debeamus. Simultates, iuria, conuicia, offensiones atq; incômoda, quæ pro aestimatione mea perpeti non denegasti, satis me admonet, vt ego nullum in cōmoditatis genus pro te debeam subterfugere. Cum tu pro incolumitate mea detrimenta atq; supplicia nō effugisti, ego etiâ pro salute tua afflictiones, & statem, famem, calamitatem atq; interitum nequam euitarem.

## Como sea cosa indigna no auer memoria de

los seruicios yo no olvidare jamas los tuyos.

¶ Cum sit turpisimū beneficia non meminisse, certe hoc sum animo, quod a te officiū recepisse meminero semper & præ-

& prædicabo libenter. Quæ tu in me beneficia contulisti,  
nulla unquam mea delebit obliuio. Maxima: mihi es: et in-  
famia: nisi, quæ a te officia recepi, memoria complectetur  
sempiternal. Quibus a te officijs affectus sum, ea nulla un-  
quam delere poterit futura ætas. Quæ in me benemerita  
declarasti, omnis mea complectetur posteritas. Quod me  
semper lautissime pertractasti: ex mea memoria non unquam  
decidet. Immortalia tua in me officia perpetuo meo qui-  
dem animo incident. Nunquā enim obliuiscar, maxima &  
amplissima me tibi beneficia debere. Tuorū erga me meri-  
torū diligētissime semper in memoriō.

**La tua gracia, o liberalidad, o dignidad, la**  
en qual no me fallecio jamás me ha a ti siempre obligado.  
¶ Tua gracia, quæ mihi nunquam defuit, me tibi deuinatum  
efficit. Tua summa liberalitas, quam mihi semper paratissi-  
mam esse cognoui: me tibi semper obsequentiissimum redi-  
dit. Tua amplissima dignitas, quæ mihi semper opitulata  
est, me tibi totum vindicauit.

**Aunque yo fuese contento de tus servicios**  
en passados no meno's yo tomo gran plazer veyendo mul-  
tiplicar cerca de mi la tu liberalidad.

¶ Si contentus erá tuis maximis in me benemeritis, sum-  
ma tamen afficio latitia tua in me officia indies accumu-  
lari. Quanquá ex amplissima tuorū in me beneficiorū ma-  
gnitudine cumulate mihi satisfactū arbitrabor, gaudeo ta-  
mē sumopere maioribus indies a te officijs exornari. Nā &

Si superioribus tuis in hac meritis satis me tibi deuinatum  
existimabā, lator tamē quotidie in me fieri beneficiorē.

## Los tus servicios me son muy graciosos.

Quæ pro me egisti, gratissima mihi fuerunt. Quæ pro nobis curasti, toti nostræ familiæ fuerunt probatissima. Quæ pro meis commodis molitus es, iucundissima mihi accidētunt. Quæ pro meis rationibus pertractasti, fuerunt mihi acceptissima.

res suscepit. Nostra quidem amicitia quotidie magis exau-  
gescit. Nostra vero unitatis colligatio maius indies recepit  
incrementum.

**La nuestra amistad es tanta que jamas se po-  
dra perder.**

¶ Amicitia enim nostra eò peruenit, vt nullam mutationem  
vnquam hac nostra hominum ætate habitura esse videatur.  
Amicitia quidem nostra ad tantum benevolentiae cumulus  
peruenit, quod ei nulla poterit accedere calamitas. Nostra  
profecto familiaritas tam optimis benevolentiae fundamen-  
tis stabilita est, vt nunquam labefactari possit.

## Esto ten por cierto que no ay nadie a quien quiera mas que a ti.

¶ Hoc velim ratum habeas, neminem esse, qui maiori à me,  
quam tu, benevolentia complectatur. Habeo enim quem ma-  
gis te diligam neminem. Nemo est enim, cui maiorem quā  
tibi amoris magnitudinem præstare constituerim.

¶ Parentela amoris.

## La nuestra amistad es tan grande que yo no creeria que mas pudiesse crescer.

¶ Tantum amoris ad benevolentiam nostram accessit, vt mi-  
rarer augendi locum fuisse. Tantum enim suavitatis ad no-  
stram familiaritatem accessit vt coniunctionem nostram  
plurimum adauetam esse intelligam. Tantum enim coniun-  
ctionis ad nostram confuetudinem adductum est: vt nunc  
videar te amare, antea dilexisse.

## Allende el grandissimo amor que me tienes me has hecho grandes honras.

¶ Ad maximum enim tuum erga me amorē accedit etiam  
amplissima tua liberalitas. Ad cā enim vetustæ nostræ fami-  
liari-

Charitatis cōiunctionem accessit quādam tuā singularis charitas, qua me meosq omnes cōplexus es. Ad amplissimam cēnam tuorum in me officiorum magnitudinem multæ aliæ bonorum accessiones intercesserunt.

## El verdadero amor no se puede bien conoſcer si no se hiziese primero la experiencia.

¶ Non enim facile dijudicatur verus amor, nisi aliquod tanquam ex auro experimentum visum fuerit. Non enim recte cognosci possit vera benevolentia: nisi experientia fuerit cōprobata. Non equidem potest verus amicus àsimulato inter nosci, nisi prius re ipsa diligenter expertus fuerit.

## El nuestro antiguo amor requiere que yo haga esto.

¶ Hoc enim ut faciam, nostri amoris vetustas depositulat. Hoc enim ut curem, tua erga me officia demerentur. Quod ut faciam, amplissimæ tuæ virtutes acquirunt.

*Parentela amoris.*

## Tu haces cosa digna de nuestra amistad te.

¶ Facis enim rē amicitiæ condignam. Facis enim alienū nil à nostra benevolentia. Facis enim rē vtriq; nostrū admodū idoneā. Facis profecto rem memorē nostræ cōiunctionis.

## Tu haces aquello que deves.

¶ Facis enim quod te decet. Facis enim quod tibi conuenit. Facis enim rem te dignam.

## **Tu deyes ser de aquella opinión acerca de mí.**

¶ Hoc enim animo esse debes. Hac profecto voluntate me debes complecti. Hac opinione mihi fauere debes.

## **Esto me es muy prouechoso.**

¶ Hoc ego mihi semper conducere existimau. Hoc est mihi plurimum conducibile. Hoc mihi plurimum accommodari videtur. Hoc enim res miximo mihi fit emolumento. Hoc equidem maximum mihi affert adiumentum. Res enim ista rationibus meis est maximopere conducibilis. Hoc enim ad rationes meas constabiliendas vehementer pertinere video.

## **Todo el mí estádo esta, o cuelga en esto.**

¶ In hac enim re omnia mea posita esse decreui. In hoc enim mihi sunt omnia. In hoc spem omnem collocaui. Si hoc mihi animo eris, existimabo patrimonium meum esse optime constitutum.

## **Sempronius es uno de los mis íntimos.**

migos.

¶ Est enim Sempronius ex meis intimis amicis. Est enim Lé<sup>E</sup>tulus meo in amore repositus. Est enim Cicero in intimis meæ benevolentiaz diuitijs optime repositus. Est equidem Terentius in intima mei amoris parte collocatus.

## **Tu no podrías auer hecho cosa mas graciosa.**

Nihil

**Tu me has hecho muchas honras en muchas maneras.**

¶ Innumerabilia sunt tua in me officia, domestica, externa, in republica, in re priuata, in studijs et cæteris actionibus. Complura profecto fuerunt semper tua in me studia, laboris, diligentia, actionis, vigilancia. Immortales tuæ erga me semper extiterunt virtutes, benevolentia, consilij, admonitionis, doctrinæ, amoris, adhortationis, voluntatis, desiderij.

**Yo assi por tu merecimiento como por nuestra amistad soy obligado a hazer aquesto.**

¶ Hoc enim tum tuæ dignitati, tum etiam nostræ benevolentiae me debere dijudico. Hoc enim tum tuorum in me liberalitati, tum etiam tuæ præstanti in me benificantia me debere profiteor. Hoc enim tum tuorum virtutibus, tum etiam tuis officijs attribuo.

**Yo me recuerdo continuamente de tus beneficios.**

¶ Dies enim atq; nœctes tua in me officia ante oculos versantur. Continua enim memoria immortalia tua in me beneficia complector. Tua enim in me benevolentia nunquam mihi à memoria discedit. Quæ tua in me merita contulisti, nunquam mihi ex animo delabuntur.

¶ *Officia gratitudinis.*

**Zen aquesto por cierto.**

¶ Hoc enim sic habeto. hoc tibi persuadeas velim, hoc scito cius

ei⁹ modi. De quo sic velim existimes. De quo sic velim sta-  
tuas. Hoc enim existimes velim. Breuiter sic habeto. hoc i.  
sic ratum habeas. Hoc enim velim ita habeas exploratum.  
Hoc exploratum habeas velim. Vnum hoc sic habeto. Spem  
habeas firmissimam. Crede enim hoc mihi. hoc enim me-  
moriae manda.

¶ officia prudentie & cognitionis.

### Mos creemos a ti solo.

¶ Tibi vnicreditus. Tibi soli fidem præsta mus. Tibi vni-  
nos atq; nostra committimus.

### Yo se esto de cierto.

¶ Illud quidem scio. Tantum dico. Illud enim non dubito.  
Illud aperte audeo profiteri. Illud profecto confirmare pos-  
sum. Hoc tamen vere dicam. Illud dicam, ut sentio.

### Yo veo que la cosa sera así.

¶ Ego enim video, hoc plane fore. Ego enim aspicio, hæc es-  
se futura. Ego enim sic coniecto. Ego enim equidem hoc au-  
guror. Ego tibi hoc confirmo. Ego enim hoc tibi polliceor.  
Ego enim hoc tibi profiteor.

### Quando verna de hecho.

¶ Cum id vsu accidet. Cum id vsu euenerit. Cum opportu-  
nitas requiret.

### Esta cosa es clara.

¶ Hoc enim clarum est. Hoc enim certum est. Nō equidem  
dubiū

dubium est. Nulla enim de hac est dubitatio. Exploratum est. Manifestum est. Liquidum est. Expeditum est. In medium adductum est. In oculis omnium positum est. Omnibus palam est. Nemini est dubium. Nulla de hac re controversia est. hoc enim omnibus constat hoc vnicuique; apparet. hoc omnibus planum est. Illud planum est omnibus. Tantum dico. Tantum scribo. Tantum affirmo.

¶ Officia prudentie.

## Yo se bien.

¶ Non enim me fallit. Non enim me præterit. Non equidem me fugit. non enim sum ignarus. non equidem sum neficius. non equidem sum de hoc imprudens. non enim clam est. Satis enim intelligo. Optime quidem cerno. Diligenter enim animaduerto. Clarissime quidem perspicio.

## La cosa es ansí.

¶ Sic enim res se habet. Sic eam esse constat. Sic enim res habetur. Sic enim dicitur. Sic equidem fertur. Sic enim videtur. hoc videre licet.

¶ Officia prudentie.

## Como yo deuo.

¶ Ut debedo. Ut par est. ut ius postulat. Et iure ipso. neque; enim iniuria. neque; sine causa. Iure præsettum. ut tua in me merita depositulant. ut nostra benevolentia requirit. ut meæ virtutes demeritæ sunt.

## Como la cosa requiere.

¶ Ut res depositulat. ut negocium requirit. ut causa desiderat

*200*  
vt ratio depositit. vt casus exigit. vt cōditio expetit. vt fortuna adhortatur. vt accessio administravit. vt fors cadit.

## No sin causa.

¶ Neq; enim iniuria. Ne q; enim sine causa. neq; enim im-  
merito. neq; enim mirum est.

## Es menester.

¶ Opus enim est. Necesse est equidē: necessitas. n. postulat.  
*Officia gratitudinis.*

## Ello se haze por ti.

¶ Res equidem tua agitur. Tuum enim nogocium agitur.  
Tuum enim est onus. Tuum enim est officium.

## Esta cosa es clara.

¶ Hæc enim res nullam habet dubitationem. Hoc enim ne-  
gocium nullam habet difficultatem. hæc enim causa nullum  
pene laborem desiderat.

## No ay cosa alguna q por diligēcia no se haga

¶ Nihil est enim, quod studio & diligentia fieri non possit.  
nihil enim est, quod non possit benevolentia confici. nihil  
enim est, quod verus amor non iubeat effidere. nihil enim  
profecto, quod debita opera perfici non possit.

## Yo hare lo que tu querras.

¶ Morem profecto tibi semper gessero. Tibi enim semper  
obsequentissimus fuero. tibi enim semper obtemperabo. A  
præceptis tuis nunquam discedam. nullam vñquam admoni-  
tionem tuam recusabo.

Si tu

## **Sí tu me quisieras fauorescer.**

¶ Si mihi fauere volueris. Si tuum mihi officium præstare constitueris. Si tuum mihi auxilium præstiteris. Si te mihi accommodaueris.

¶ Officia gratitudinis & diligentie.

## **La nuestra opinió ha de ser loada de todo hombre.**

¶ Est enim consiliū nostrū ab omnibus opprobādū. Quod fecimus existi manus ab omnibus dñe cōprobari. Quod egimus vere laudādū est. Quod à nobis dictū est, rectū esse putamus. Quæ à nobis gesta sūt, omni vicio carere vidētur.

## **Yo veo bien que gloria pertenece a mí.**

¶ Video enī mī, quid me, intēsit. Non enim me fugit, quid mihi conueniat. Satis enim scio, quid medebeat. Non enim me præterit quid mihi conducat.

## **La mi opinion me plaze cada dia mas.**

¶ Ego enim mei consilij maiorem indies fructum & voluptatem capio. Mētū enim consilium quotidie magis est mihi conducibile. Mea deliberandi ratio indies mihi accommodari videtur. hoc enim meum cūsilium melius indies ratio nibus meis consulere videtur.

## **Este era el mi pensamiento.**

¶ Hæc enim mea fuerit coniecturr. Fateor enim, hanc meā fuisse prænósticationem. Hoc n. semper fore existimauerā.

¶ Officii & prudentie & cognitionis.

I Esto

## **Esto me ha mucho plazido.**

Hoc enim proorsus valde placet. Hoc enim me plurimum delectat. Hoc enim mihi admodum est gratissimum. Hoc enim mihi accidit ad modum iucundissimum. Hoc enim mihi semper fuit valde optatissimum. Hoc profecto maximope-  
re acceptatissimum. Hoc est mihi in optatis reponendum.

*Officia desiderij.*

## **Yo no podria dezir quanto deseo satisfazerte**

Incredibile est mihi, quanto pere tibi cupiam satisfacere. Non enim tibi posles persuadere, quanta afficio voluntate tibi satisfaciendi. Vix enim credi posset, quam cupiam virum me tibi gratissimum demonstrare.

## **Yo he grá deseо q nos estemos sin cuidado**

Cupio nullam timoris curam nobis residere. Desidero pluriuum nullam dubitationis molestiam remanere. Cupio nullam residuam solitudinem nobis inhærere.

*Officia desiderij.*

## **Tu deues hazer toda cosa por loor y por gloria.**

Omnia profecto sunt tibi sustinenda, ut laudem & gloriam tibi compares. Nihil est, quod pro laude & gloria non libentissime facere debeas. Nihil enim equidem est, quod non pro tui nominis astimatione & gloria comparanda debes faciliter sustinere. Nil est profecto tam difficile, quod non tibi pro honore etiam facillimum videri debeat.

Tu de

**Tu deuías auer en ti tal animo , qual en ti  
se requiere.**

¶ Sed tuum illum animum fac adhibeas, quo te esse oportet. Sed eū te fac præbeas, quē te virtutes esse volūt. sed te eū dēfac cōstiuas: quē optimæ tuæ vitæ ratio merito esse iubet

¶ Officia abhortationis.

**Yo no dudo de tu diligencia.**

¶ Non enim dubito, te dare operam. Non equidē dubitote cura te. Nō dubito, te instare. Nō enim dubito, te inuigilare

**Mira la dignidad de nuestro estado.**

¶ Circunspice omnes rationes meæ causæ. Considera omnia membra nostri status. Speculeris omnes vires nostræ facultatis.

¶ Officia abhortationis et monitionis.

**No hallaras parte alguna q̄ no sea q̄brada.**

¶ Nullam profecto partem reperies, quæ non sit confracta. Nullum enim nostrum conspicies, quod non sit dibilitatū. Nullum equidem locum videbis, qui non sit conquassatus.

**Estanta la opinió de las tus virtudes que  
tu deues hazer esto.**

¶ Tanta enim est virtutum tuarum existimatio, ut hoc facere debeas: tanta enim est animi tui expectatio, ut curate tenearis. Tanta est equidem tuæ probitatis spes, ut agere velle debeas.

## La Honra verdadera no se alcança por pa-

labras mas por hechos.

¶ Is enim verus honos videri solet, qui non ex verbis sed ex rebus ipsis nascitur. Ea quidem yera gloria haberri solet, quæ ex salute reipublicæ fieri solet. Ea profecto est solida nominis æstimatio, quæ à summis virtutibus deducta est.

## Aquel es verdadero loor que procede de los

hombres loados.

¶ Illa quidem est iucunda laus, quæ à viris laudatis proficitur. Ea est profecto suauissima laus, quæ à viris celeberrimis profertur. Ea est quidem firmissima laus, quæ ab his celebratur, quæ in maxima laude vixerunt.

## Todos te aman mucho.

¶ Admirabilis est enim quædam tui nominis charitas. Singularis est enim omnium ciuiū in te amor. Incredibilis esse equidem vniuersæ ciuitatis in te benevolentia. Summa est profecto omnium bonorum in te fides.

¶ Virtus laudis.

## Tullio es nascido para hacer alguna cosa

de bien.

¶ Cicero quidem natus est ad agendum semper aliquid viro dignum. Cicero enim ad multabona natus est videretur. Cicero ea natus est conditione, ut nihil, nisi quod rectum, curet.

Tullio

## Zullio no hará sino cosa virtuosa.

Cicero enim is vir est, ut nec, nisi quod rectū sit, cōgitet. Cicero ea est ratione constitutus, ut honestum semper exquirat. Cicero is semper fuit vir, ut ab officio nunquam deduci possit.

## Zullio ayuda a todo por su virtud.

Hi enim virtutibus præstat Cicero, quæ plurimum humanae generi profuntur. His enim rebus superior est Cicero, quæ sunt omnibus delectabiles. His enim facultatibus præstat Cicero, quæ sunt omnibus conducibiles.

## No hay cosa que te sea de mayor fructo quanto es la virtud.

Nihil est, quod tibi maioris fructus esse possit, quam virtus. Nulla res est, quæ maiorem tibi gloriam allatura sit, quam virtus. nullam posses disciplinam consequi, ex qua maiore nominis aestimationem tibi comparare posses. Nihil equidem ex omnibus humanis rebus curare posses, quod virtute præclarius haberetur. Nihil est, quod maiorē tibi oblectationem asserre posset, quam virtus.

## Ninguna cosa es mas conueniente a la vida que de los hombres.

Nihil enim est hoc aptius hominū vitæ. Nihil enim hoc ad bene vivendum accommodatius. Nihil est profecto, quod humano generi magis conducat. Nihil enim est, de quo

maiorem homines commoditatem consequantur.

¶ *Laud virtutis.*

**Ninguna cosa es de mas valor que la virtud**

**C**Nihil est enim virtute formosius . Nihil est enim virtute amabilius . Nihil est virtute pulcrius . Nihil est virtute praestabilius . Nihil est enim probitate præstantius .

¶ *Laud virtutis.*

**Para vivir bienaventuradamente aprone-**

cha el bien obrar .

**C**Bene enim sentire satis est ad bene viuendum . Recte quidem facere plurimum valet ad beate viuendum . Officiose viuere felicitati confert .

**Silas tus virtudes valieren, tu consegui-**

ras la tu dignidad .

**C**Si enim virtutes valebunt , dignitatem tuam obtinebis . Si virtus aliquando est locum habitura , tu eris in supremis . Si virtus ullam vñquam est receptura facultatem , præstans tissimum locum dignitatis obtinebis .

**Si la patria vuiere buen estado, tu podras**

usar las tus virtudes .

**C**Si respublica respirauerit , virtutibus quidem tuis te fru licebit . Si ciuitatis status fuerit recreatus , tua virtus elucef cet . Si communis salus vires suscepere perit : tua virtus est etiam plurimum valitura .

La tu

**La tu venida sera grata a todo hombre.**

**C**Aduentus enim tuus charus erit omnibus. Summo enim desiderio ab omnibus expectaris. Tua enim ad nos profectio amplissimam tibi laudem comparabit.

**L**aus virtutis.

**Todos los hombres prudétes loá este hecho**

**C**Ones enim viri prudentes hoc factum probant. Omnes prosectorum qui de virtutibus recte sentiunt, hæc laudant. Omnes equidem, qui recte sapient, hoc affirmant.

**Todas las cosas que tu escriues son muy  
verdaderas.**

**C**Ones equidem conditiones, quas scripsisti, probabiles existunt. Omnes causæ, quas cōmemoras, iustissimæ sunt. Quæ mihi narrasti, ita ut dicis, constare videntur. Quæ mihi per tabellarios & nūcios significasti, vera esse cognoui. Omnes enim rationes, quas declarasti, sūt omnibus cōprobatax.

**Yo confieso la tu opinion ser verdadera.**

**F**ateor enim opinione tuā esse verā. Assentior equidē tuā sc̄tetiā esse rectā. Cōcedo i.institutionē tuā esse laudabile

**Si estas cosas son así nos podemos bien  
esperar el restante.**

**H**æc si ita sunt, cætera erunt faciliora. Quod si hæc vera sint, de reliquis optime sperandum. Hæc si certa prædicantur, cæteta meliora consequentur.

## **Sepas que yo te estimo más que a los otros**

¶ Volo enim hoc te scire, nullius autoritatem apud me tantum valere, quantum tuam. Nolo hoc te fugere, neminem esse, cuius voluntas magis apud me valeat. Hoc velim ratum habeas, me nullius amore magis quam tuo moueri posse.

¶ *Virtus fidei et spei.*

## **La tua voluntad me es grata más que todas las cosas.**

¶ Nihil enim est mihi tua institutione gratius. Nihil est profecto tua mihi voluntate iucundius. Nihil est equidem tua mihi familiaritate suauius. Nihil est enim tua mihi vita charius. Nihil est enim tua mihi virtute charius.

## **Tu puedes hacer aquello.**

¶ Potest enim hoc cōmodissime agere. Est enim in tua potestate. In hoc perficiendo idoneam habes facultatem.

## **Yo sé que tu puedes si quieres por mí amor.**

¶ Non enim te velle minus quam posse mihi exploratum est neque; enim tu minus haec mea causa vis quam facere potes.

¶ *Virtus fidei et spei.*

## **Yo estoy firme en aquel proposito que solía**

¶ Adhuc in hac sum sententia. Maneo adhuc in hac voluntate. Pristinam adhuc constitutionem retineo. Institutam adhuc opinionem obseruo. Adhuc in instituto proposito firmus sum. Ego is sum, qui antea esse solebam. Adhuc sum in deli-

deliberata sententia constitutus. Mea enim opinio indies magis confirmatur. Mea quidem institutio omnibus in rebus constans semper reperitur. Mea enim voluntas in officio semper esse videbis.

¶ *Virtus constantiae & patientie.*

### **Es necesario que vna de aquellas cosas se siga**

¶ Necesse est enim, ut horum unum sequatur. Oportet enim ut istorum alterum subeamus. Cogimur enim horum aliquid sustinere debere.

### **Despues que ello va ansi:**

¶ Quoniam ita ratio comparata est. Quoniā ita desuper datum est. Postquā ita fortuna iubet. Postquā ita fors cecidit.

¶ *Virtus constantiae & patientie.*

### **Creeme amí an si como a verdadero testigo.**

¶ Hoc enim mihi ut vero testi velim credas. Hoc equidem Boetio, ut vero philosopho, credere debes. Hoc profecto Ciceroni, ut vero oratori, credere minime dubitare debes.

### **Yo he estado presente a este hecho.**

¶ In hac profecto re ego interfui. In hoc ego negotio me coperi. Quibus omnibus in actionibus me scias interfuisse.

### **Es testigo mi trabajo de la diligencia que yo**

he hecho por Caton.

¶ Testis est enim optimus meus labor in Catonem. Testis est enim mea in Catone diligentia. Testis est mea in Cato-

ne officiorum magnitudo.

**Mos tenemos testigos todos quales conos  
cieron estas cosas.**

¶ Omnes enim, qui illa nouerunt, testes habemus. Omnes enim, qui hoc tractaresolent, pro nobis testabuntur. Omnes profecto, qui hoc profitentur firmam fidē præstare poterū

**Yo doy gran fe a cada una de tus palabras.**

¶ Ego enim singulis verbis tuis singula testimonia tribua m.  
Ego enim vnicuiq; orationi tuæ fidem optimam faciliter  
præst o. Ego enim vnicuiq; orationi tuæ autoritatem maxi-  
mam adhibeo.

**Como dice Tullio.**

¶ Ut testatur Cicero. Ut est apud Ciceronem. Ut inquit Ci-  
cero. Ut Cicero sentire videtur. Ut Ciceronis sententiam ef-  
se videmus. Ut apud Ciceronem constare videtur.

**Yo vi prometer todas estas cosas.**

¶ Hæc omnia promissa fuisse audiui. hæc omnia confirmata  
esse cognoui. hæc omnia certa esse vidi. hæc omnia ita rata  
esse, vt dixi, interfui

**Esto me paresce que es así**

¶ Hoc ego eiusmodi es'e statuo . Evidem hoc arbitror.  
Tantum enim videor intelligere.

**Como yo dire de ante o primero.**

¶ Ut paulo ante dixi. Ut in initio & antea scripsi. Ut paulo an-

te perstruxi, ut paulo ante proposui. ut paulo ante à medictū  
ut est à me paulo ante periscriptum. Ut est à nobis paulo ante  
commemoratum. Cuius rei modo mentionem feci. Sed illud idem, quod initio tibi scripsi.

## Esto puedo yo dezir

¶ Illud equidē affirmare poslū. Neq; n. hoc est tacédt. n. hoc  
in postremis prætermittetur. Neq; hoc relinquetur in posterū

## Tu has el poder.

¶ Potestate m habes. Autoritatem retines. Facultatem possi-  
des. Tibi enim autoritas data est. Facultas est enim cōcessa.  
Idonea est enim oblata cōmoditas. Rem profecto idoneam  
es consicutus. Hoc enim in te est. Hoc enim facillime potes.  
In hoc chīm plurimum vales.

## No es en el mundo.

¶ Non enim est in mundo. Non enim constat in rebus hu-  
manis. Nunquam profecto reperitur.

## Cato ha prouado muchas cosas.

¶ Cato enim multa pertractauit. Cato enim quam multa ex-  
pertus est. Cato enim multarum rerum usum habet. Cato e-  
quidem plurimorum experimentum tenet.

## Restaurar las fuerzas.

¶ Aduocare vires. Restaurare animum. Reformare statum.  
Rei integrare facultatem.

## Yo he puesto toda mi esperanza en ti.

¶ Omnis enim mea in te spē collocaui. Omnis enim mea  
spes.

spes in te posita est. Omnem profecto spem cansæ meæ gubernandæ in te vno firmaui, Omnis enim spes huius negotij perficiendi in te collocata est. Neminem alium quam te mihi patronum esse volo.

*Virtus spei.*

**Yo no dubdo que tu quieras hazer toda cosa por mi.**

¶ Namq; illud non dubito, quod omnia opera pro me libenter sis facturus. Nunquam enim dubitaui, quin ut mihi libenter fauere velles. Non equidem vñquam veritus sum, quin tu semper rationibus meis consulere velles.

**Yo tengo esperanza.**

¶ In spem tamen venio. Hæc enim mihi spes est. hoc enim mihi sperare licet. Hæc enim futura esse coniecto,

**No ay cosa grande que yo no crea que tú la puedes hazer.**

¶ Nihil enim tantum est, quod à te confici posse, non constat. Nulla enim res tam difficilis esse posset, quæ tibi non foret factu quem facillima.

**Yo se bien quanto tu puedes ayudar.**

¶ Scio enim, quantum ponderis oratio tua sit habitura. Scio enim, quantum officij autoritas tua sit habitura. Scio enim, quantum facultatis tua præsentia sit præstitura.

**Yo espero q; tu seras hombre de gran valor.**

*Te equi-*

¶ Te equidem maximum hominem futurum esse existimo.  
Te profecto virum fore prstantissimum iudico. Te enim  
omni expectatione maximum spero.

¶ Virtus spei.

**Este negocio está en tal estado, que si Dios**  
no remedia muchos daños recibiremos.

¶ In eum quidem locum res est deducta, ut nisi deus nobis  
subuenerit, maximis incommodis afficiemur. In tale enim  
statum negotia sunt compulsa, ut nisi diuina clementia no-  
bis opem præstiterit, acerbissimas simus calamitates per-  
fessuri. In eam enim conditionem nostræ rationes coactæ  
sunt, ut nisi deus nos benigne re respiciat, de salute nostra  
actum esse videatur..

**La fortuna nos ha traydo en tal estado.**

¶ In eum enim casum fortuna compulit. In eum profecto  
infortunium fors me instruxit. In casum quidem tempesta-  
tis me fatum iniecit. In eum enim extremū me casus deduxit..

**Cosa enojosa.**

¶ Res enim molesta. Res pene intolerabilis. Res indigna..

**Esto es en tus razones mucho de escarnio**

cer, o de reprochar.

¶ Illud enim est maxime in tuis rationibus irridendum..  
Illud enim est in tuis epistolis plurimū ludificandum. Illud.  
enim quod scribis, merito videtur deludendum..

Esto

## **Esto es vna cosafea.**

¶ Turpe enim illud existimo. Est enim plurimum inconueniens. Puto enim illud esse plurimum abhorrendum.

## **El hombre no es nascido solamente a comery beuer y dormir.**

¶ Homo enim non est natus ad desidiam excolendam. Hominis enim vita non solum nata est ad fruges consumendas. Hominis vita tota langoribus dedita.

¶ Reprehensio ignorantie.

## **Aulo es de menos valor que los otros.**

¶ Aulus est virtutibus inferior. Aulus est potestate imbecillior. Aulus est visu rerum indoctior.

¶ Reprehensio ignorantie ut supra.

## **La carta no ha verguença.**

¶ Epistola enim non erubescit. Litera enim nullum conspectum veretur. Non enim scriptura expauescit.

¶ Excusatio.

## **Esto ha acontescido por creer mucho ligera**

**ramente y no por alguna culpa.**

¶ Hoc enim credulitate, non culpa contractum est. Hoc e quidem errore, non vicio accidit. Hoc profecto nimia facultate, non fraude factum est.

La

# La verguença es mucho peligrosa en la guerra para traer muchos a muerte.

¶ Pudor in bello periculosis Cabrinum mortem subire coegit. Verecundia, quæ in periculis repudianda est : Cæsari male consuluit . Timor enim infamie, qui in difficultibus rebus moderandus est, multorum hominum causa mortis fuit.

¶ Proemium pro synonymis consultationum, que sequuntur.



Consultationes quæ opere sunt ad dicendam necessarie, mihi Ioannes perdoctissime, satis indicari posset. Nam nostrorum argumentorum explicatio ad persuadendum mihi mirum plurimum vult. Sed tamen ex ipsis argumentationibus nostris non dum erit ita integre auditoribus factum, ut nostras propositiones omnino veras constare sibi persuadeant. Nisi etiam que nobis obijciantur, aut tacite impingi possent, probabilibus rationibus repelleremus. Quod cum ita sit, non mihi visum est, incommodeum factu, si has etiam ego, quas videbis, refutandorum locorum inuentiones adiungerem. Que profecto confutandorum argumentorum rationes, ut etiam antea tibi significavi, ceteris partibus rhetorice creationis poterunt faciliter accommodari. Non enim te fugit, quantum relevant imitationis rationes, Quis si, ut te facere arbitror, exercueris, non parvam ad omnes elocutionis facultates communitatem nactis fueris.

## Yo te amo mas que a nadie.

¶ Ego nemini in te amando concedo. Tu enim sic à me diligaris, ut nemo aliis magis. Ego enim in te amando benevolentię obtineo principatum.

Yo

**Yo muera si no te amo mas que a mi mismo**

¶ Sed ne viuam, si amando tibi concedam. Sed moriar, nisi te a more superem. Sed peream, si benevolentia non vincá.

**Excepto tu padre yo te amo mas q los otros**

¶ Patrem tuum excipio, præterea neminem Patri tuo concedo, præterea nemini. Non pene minus te diligo, quam pater tuus se mper amauerit.

**No creas que yo amo a otro mas que a ti.**

¶ Cae existimes, neminem te mihi chariorem. Cae putes, alium me magis te ipso diligere. Cae arbitreris, nemini maiorem quam tibi amorem præstare. Cae credas, neminem ardenteri me benevolentia quam te complecti.

**Si yo conosiere aquello que tu quieres yo**

*satisfare al tu deseo.*

¶ Si intellexero, quod voles, voluntatem meam tuo desiderio adiungam. Si sciam, quid tu constitueris, meum consilium ad tuum accommodo dabo. Si mihi persuadere potero, quid desideres, faciam sponte mea quod cupis. Si, quod cupis, imaginari potero, te absente libentissime perficiam. Si quod voles, prænósticari possem nulla tua mihi opus esset adiunctione.

¶ Parentela amoris.

**Ningun trabajo me impidira q no sea tuyo**

Neq;

¶ Neq; vllus mē dolor perturbabit, quin mē tibi accommo-  
dem. Neq; vllus labor tenebit, quin totū me tibi præbeam.  
Neq; vllæ me occupationes retardabunt: quin tibi satisfa-  
ciam. Neq; vllæ me impedient offensiones, quin quod à me  
voles diligentissimè perficiam.

## Yo te amo mas q no te aman tus parientes.

¶ Neq; enim in te diligendo cuiquam concedam tuorum.  
Amici enim in te amando mihi concedat necesse est. Neq;  
enim in te colendo cuiquam tuorum amandi locum con-  
cederem. Omnes enim necessarios tuos in te obseruādo fa-  
cillimè superavi

## Piensa en ti que eres yo mismo.

¶ Finge te enim esse, qui ego sum. Persuade tibi iam te me  
alterum esse. Finge te vicem meam substinere. Inducas tibi  
meam causam tuam esse. Proponas tibi meas te rationes a-  
gere. Suscipe amanter meas partes,

## Esto pertenesce a mi de hazer.

¶ Hoc meum est onus. Hoc ad me attinet. Hæc enim me  
tangunt. Hæc rationes meas videntur attingere.

## Recuerda te d fauorescer la nuestra amistad

¶ Fac habeas rationē nostræ benevolentia. Fac nostri amo-  
ris sis diligentissimè memor. Fac nostræ amicitia inseruias.

Parentella amoris.

K

Que

**Que cosa ha fallecido a la nra benevolencia.**

¶ Quid enim nostræ defuit benevolentia? Quid nostræ benevolentia coniunctioni prætermisum fuit? Quid nostræ familiaritatis societati adiungi potuisset?

**Daz que sea como dizes.**

¶ Verum fac esse omnia. Fac ea esse, vt dicis. Finge omnia ita, vt scribis se habuisse. Verum hæc ita sint.

**Yo quiero que todo hombre sepa que soy tu amigo.**

¶ Ego, vt, me tibi amicissimum esse, & æqui & iniqui intelligent, curabo. Neminem verebor, dum me tibi obsequentissimum demonstrare possim. Non timebo omnia subire pericula, dum tibi prosim. Ego, intuitis & inuidentibus omnibus, meam tibi benevolentiam præstabo.

**Si nosotros no pudieremos estar juntos**

personalmente, al menos seremos juntos en el coraçon.

¶ Si una esse non poterimus, animorum tamen coniunctio ne fruemur. Si mecum esse non poteris, ego tamen assidua cogitatione te complectar. Si præsentiam nostram colere non valebimus, licebit tamen mutuam inter nos recordationem celebrare posse.

**Porque no ponemos todas nuestras fueras por la publica?**

¶ Pro salute patriæ cum non omnes exponimus facultates?  
Pro patria conseruanda cur non omnia sustincamus? Pro  
reipublicæ commodis & ornamentis cur non tota potesta  
tevtamur. Pro communi salute cur non omnia bona pro-  
fundamus.

¶ Parentela amoris,

¶ Porque yo no te dejo fauorescer?

¶ An ego tibi non obtemperem? An ego tibi nō obsequar?  
An ego tibi non morem geram? An ego non me tibi facilli-  
mum præstem.

¶ Parentela amoris.

Yo trataré contigo familiarmente.

¶ Agam iam tecum familiariter. Loquar iam tecum aperte.  
Agam iam tecum pingui Minerua. Non simulabo tecum  
quicquam. Iam tecum me patefaciam.

Yo te hare mayores seruicios q̄ tu piensas.

¶ Vincam officijs meis cogitationes tuas. Existimationem  
de me tuam plurimum superabo. Maioribus enim meis te  
bene meritis exornabo, quam tibi in métem venire posset.

Yo hare toda cosa por ti diligentemente.

¶ Agam enim omnia pro te diligentissime. Ego tum cogi-  
tando tum re ipsa nullum pro te tempus prætermitto. Ni-  
hil enim à me prætermittitur, quod à te pertinere existi-  
mem.

¶ Volum ea à me expectes, quae ab amarissimo expectanda sunt. Nihil enim à me negligitur, quod tibi conducere existit mem. Id agam in rebus tuis, ut nullā sis meam diligentiam desideraturus. Ita pro te elaborabo, ut nullam sis meam negligentiam accusaturus.

## Aunque yo haga parti quanto mas pudiere no podre hazer lo que soy obligado.

¶ Cum plus pro te fecero, quam potuero, minus tamen per fecero, quam debuero. Cum magis pro te elaborauero, quia mea potestas patietur: nulli tamen parti tuorum in me beneficiorum satisfecero.

## Si muriesse parti, ami no me parescerá a auer te assaz satisfecho.

¶ Si cogitauero pro te vitam emittere, non tamen immortalium tuorum in me beneficiorum satis memorem esse viderem. Si mihi pro te voluntas moriendi esset, nulli tamen parti tuorum in me officiorum viderer satisfecisse. Si mihi pro comodis tuis vita esset effundenda, non tamen viderer tuorum in me officiorum parti satisfecisse.

## Quanto yo pudiere.

¶ Quantum in me est. Quantum mihi concedetur. Ut primum potestas erit. Quantum mihi idonea potestas oblata est. Quantum studio: diligentia: labore: vigilantia: consequi potero, id omne ad arbitrium tuum libetissime conferam.

**yo favorezco a la tu voluntad como yo deuo**

¶ Ego, vt debeo, ad tuas rationes me adiungo. Ego, vt par-  
est, ad tuam voluntatem me confirmo. Ego, vt tua in me iu-  
ra depositulant, me tibi totum accommodo.

**yo no puedo honestamente denegar nada**

a Tullio.

¶ A Ciceronis voluntare honeste dissentire non possum. A  
Ciceronis sententia propter amplissima eius in me merita  
honeste dissentire non possum. Per Ciceronis familiarita-  
tem atq; amorem non licet mihi absq; eo dissentire.

**Ninguno es mas diligente por ti que yo.**

¶ Nihil cuiquam concedo, qui cui studiosior sit quam ego.  
Nemo in hoc me vincere potest, qui tuae dignitatis sit cupi-  
dior quam ego.

**yo no fallecere jamas ni ansi como suelo ce**

fare de trabajar por ti.

¶ Neq; enim vnquam destiti, neq; vnquam desistam pro-  
te agere. Neq; vllum vnquam tempus intermissti te iuuandi.  
Neq; vllum vnquam pro te laborem defugi. Neq; vllam vn-  
quam rem pro te omisi neq; omittam curare.

**Mi por ello yo cesare de trabajar por ti.**

¶ Ego tamen rem tuam curare non cesabo. Ego tamen  
causam tuam defendere non desistam. Ego tamen negociū

tuum agere non prætermitto.

## yo no fallecere jamás a Catón.

¶ Neq; tamen Catoni defensoris sum. Neq; tamen Catonem deserturus sum. Neq; tamen Catonis causam denerlinquam.

¶ Aquello que yo no podre adivinar, si me sera hecho saber, lo hare mas diligentemente que todos los otros.

¶ Si quid ignorabo, de eo admonitus omnium studia vincam. Si vaticinari non potero, de eo certior factus omnium studia vincam. Si vaticinari non potero, de eo certior factus omnium officia superabo. Si quid animaduertere non potero, de eo perdoctus nemini cedam.

¶ Officita diligentie.  
No menos yo hare aquello que tu me encomiendas.

¶ Ego enim curabo facere, quod iubes. Ego tamen curabo, quod desideras. Ego tamen suscipiam, quod inones.

## Yo querria por tu amor hazer toda cosa.

¶ Quanquam ego omnia tua causa fieri desiderem. Et si omnia pro te facere vellem. Tanietsi omnia amore tuo libenter susciperé. Jam ex cōmoditate tua nihil vellem subterfugere.

¶ Yo creo que nuestra amistad no puede ser mayor.

Non

**N**on enim putassem, ad amorem nostrum aliquid addi posse. Non existimassem, benevolentiam nostram augeri posse. Non mihi persuadere potuisse, nos in amore coniunctiores fieri potuisse.

## **Tu me haces injuria rogando me.**

**I**njuriam à te fieri mili puto, cum à te roger. Injuriatus mihi es, cum me robes. Rem mihi ingratam facis, cum aliquid precibus à me contendis. Magna me afficis iniuria, cum rogando officium meum postulas.

## **Yo no podría auer hecho mas de lo que he hecho.**

**E**go plusquam feci, facere non possum. Ego plus quam egi, agere non valerem. Ego, amplius, quam sum consecutus, conari non possem. Ego, maiori studio, quam egi, reni curare non potuisse. Ego maiores vires, quam ostendi, præstare non valerem.

**Officia vilitatis & diligentie.**

## **Yo te auría presto librado de aqstos enojos**

**N**eque punctum quidem temporis in molestijs fuisses. Te quam primum incommodis liberassem. Te illico incoludem reddidisse.

## **En esto yo hare mas que digo.**

**I**n hoc roto genere plura facia, quā dico. In hac causa magis elaborabo, quā ostendā. In rebus maiora sūm acturus, quā

demonstrēm. Hoc enim in negotio sum plura præstitūsus,  
quam pollicear.

**Ayendo yo algun bien tu auras tu parte.**

¶ Cum sit modo aliquo mihi commoditas, faciam te parti-  
cipem . Dum modo honestus mihi sit status , te mihi ad-  
iungam.Dum sit mihi fortuna mediocris , meis te rationi-  
bus assistam.

**yo no podría quer ayudo mayor prouecho**

que aqueste que me ha venido.

¶ Nactus sum tempus ita idoneum , quod in re ipsa nihil  
charius mihi adiungam.Nulla erit rationibus nostris com-  
moditas opportunitatior. Alijs enim rationibus res melius agi-  
non poterat.

**En aquesta opinion de mi.**

¶ De me sic velim existimes . De me sic velim iudices . De  
me hoc arbitrari potes. De me hoc tibi polliceri licet.

**Officia utilitatis.**

**Contanto yo te sauro escere.**

¶ Tibi tamen sum patronus. Tibi tamen sum auctor . Tibi  
tamen non sum defuturus. Tibi tamen sum facillimus. Tibi  
sum obsequentissimus.

**Si fuere menester yo me porne a todo pe-  
ligro.**

**Neq;**

¶ Neq; si occasio tulerit, yllum laborem defugiam. Neq; si  
necessè fuerit, yllum periculum euitabo. Neq; si casus incide-  
rit, yllam incommoditatem pertimescam.

## En este comedio yo trabaçare por ti

¶ Interim magnam curam pro te sustinebo. Interea assidua  
diligentiam pro te acturus sum. Sedulam interea pro rebus  
tuis sum tibi vigilantiam præstiterus..

## Como quiera que vaya la cosa.

¶ Quoquo modo res se habeat. Quoquo pacto negotium  
geratur. Quaque ratione fortuna succedat. Quoquo sors  
cadat.

¶ Officia utilitatis et diligentie.

## Sila cosa bien se hiziere.

¶ Si fortuna optatis meis respondeit. Si fortuna votis meis  
successerit. Si cogitationibus meis fortuna benignè corres-  
pondere voluerit. Si res caderet, ut vellem. Si res ex senten-  
tia gereretur. Si mihi optata contingenterit. Si deus nos be-  
nigne respexerit. Si, quod opto, mihi fœliciter contingenteret.  
Si deus res vestras formabit. Si deus negotia vestra secunda  
reddiderit. Si deus desiderio nostro annuere voluerit. Si  
deus secundè intueri nos voluerit.

## Sila cosa no me errare.

¶ Nisi res male mihi successerit. Nisi opinio mea frustrata  
fuerit. Nisi spes mea decipiatur. Nisi fortuna me defellerit.

k 5 Nisi

Nisi fortuna proprium consilium de manibus detorserit. Ni  
si casus aliquis optata interpellauerit.

## No podría dezir quanto me sera cosa alegre

si tu quitares a Caton de malenconia y de enojos.

¶ Non enim prescribere possem, quam mihi erit gratum, si  
Catonem quietum reddideris. Non possum verbis explica-  
re, quam erit mihi iucundum, si Catonem oculum praestite-  
ris. Nullo satis possem dicendi genere declarare, quam mihi  
erit acceptum, si Catonem molestijs liberaueris.

## Verdona me si yo defiendo a Gasparino.

¶ Ignosce mihi Guasparinum excusanti. Sufferas me Guas-  
parinum defendantem. Patiaris me Guasparinum conser-  
uantem.

## Que causa puede ser que no deua desear y

querer la amistad de los hombres virtuosos.

¶ Quid enim est causæ, cur non bonorum familiaritatem  
desiderem. Quid obstare videtur, cur non iustorum mihi  
consortium adoptem. Quid enim est rei, cur non mihi sit in  
optatis officiosos mihi debere congelare.

¶ Officia desiderij.

## Ser agradescido.

¶ Beneficiorum memor esse. Mutuis beneficijs respondere.  
Parcm officiorum vicissitudinem reddere. Eandem volun-  
tatem praestare. Aequalem gratiam referre.

Hi-

## **Ibiō beneficiōs.**

¶ Beneficia contulit. Officia reddidit. Merita præsttit. Benemerita retribuit. Promerita retulit. Demerita persoluit.

## **A vezes, o de uno a otro.**

¶ Mutuo, vicissim, inuicem, alternis vicibus, alternatim. Mutua vice, eadem vice. Ididem, pariter, æqualiter, vltro citroq;

## **El pago, o la remuneración.**

¶ Remuneratio, retributio, vicissitudo, mutua retributio, eadem gratia, par voluntas, par studium, consimilis gratia, similis retributio.

## **Ingrato, o desconocido.**

¶ Ingratus, beneficiorum immemor: sordidus, beneficium perdere. Officium amittere, meritum effundere. Benemeritum profundere. Homini ingrato beneficium conferre. Homini sordido benefacere, hominem ingratum beneficijs exornare.

¶ Vitia ingratitudinis.

## **Pompilio ha burtado.**

¶ Pompilius furatus est. Pompilius accepit, ynde non est licitum. Pompilius res alienas usurpauit.

## **Afinio es muerto,**

Afinius

¶ Asinius mortuus est. Occisus est. Excessit à vita. Ex hoc seculo migravit. Animam reddidit. Animam efflauit. Animam effudit. Animam egit. Vita priuatus est. Ex hac vita decessit. Mortem obiit. Diem suum obiit. Obiit. Periit. Interiit. Occupavit. Iacerat.

## Piensa te que yo ay a olvidado los beneficios que tu me has hecho.

¶ Oblitum me putas charitatem humanitatis tuæ? Immemorem me existimas tui erga me officij, laboris, diligentia vigiliarum, pecuniarum? Ingratum me arbitraris liberalitati beneficiorum erga me tuorum?

## Si yo biviere yo te sere buen amigo.

¶ Quod si vita mihi contigerit, me tibi amicissimum demostabo. quod si vixero, me tibi quam facillimum demonstrabo. Quod si vixero, me tibi quam facillimum declarabo. Quod si vita mihi superestes fuerit, me tibi beneficiorū memorem præstaboo. Quod si vitam producere potero, virum me tibi commodissimum patefaciam.

## Si yo no te satisfiziere no me tendre por hombre.

¶ Nisi ob tuam erga me benevolentiam tibi cumulatissime satisfecero, hominē me esse nō arbitrabor. Nisi pro immortalibus tuis in me benemeritis parē tibi gratiā retribuerim, virū non me bonū existimabo. Nisi tua erga me officia partibus meritis cōprobauerero, ipse me hominem non iudicabo.

Offi

**No** puedo contétar a mí mesmo porque no  
te puedo satisfaçer con obras.

¶ Ego non possum mihi ipsi satisfacere, cum ea, quæ tibi de-  
siderem, re ipsa consequi non possim. Cum nullam partem  
tuorum in me meritorum in referenda gratia consequi va-  
leam: non possum mihi animo acquiescere. Non enim ullo  
modo mihi satisfacio, cum non reperio, quibus rebus tibi  
gratias referam. Nunquam enim mihi acquiescā, nisi prius  
quæ à me velis ex sententia perficiam. Vitam mihi summa  
cum acerbitate ducendam esse video, cum tibi non possem  
arbitrari meo satisfacere.

**Yo** terecio tanto que sere contento de toz  
da cosa que tu hagas.

¶ Ego tanti te facio, quod, quidquid egeris, sum probatu-  
rus. Tantum enim tibi attribuo, quod, quicquid decreueris  
approbabio. Pro summo meo in te amore omnia, quæ tibi  
placere videbuntur, rectissima & vera esse existimabo. Ni-  
hil enim cōmittere posses, quod mihi posset displicere.

**Tu** me has hecho mayor honra que yo es-  
peraua ni demandaua.

¶ Plus enim mihi à te prouisum est, quam postulaueram.  
Magis enim mihi opitulatus es, quam speraueram. Maiora  
quidem in me l'enemira contulisti, quam à te contende-  
ram.

## yo no consentiria que Gasparino mucho

mi amigo fuese maltratado.

¶ Nolo enim Gasparinum optimè demeritum derelinqui.  
Non enim paterer, Gasparinum meæ virtutis amplificato-  
rem impunè ab iniquis oppugnari. Nō enim possem suffer-  
re, ut iniqui Gasparinum mei admodum amatorem impu-  
niè lacecesserent. Non enim mei esset officij, quod sufferre de-  
berem, quod perfidi Gasparino mei amantissimo detra-  
herent.

## Yo moriria si no diresse aquello que siento.

¶ Moriar, nisi, quid sentiam, exprimam. Non possum abdu-  
ci, quin me effundam. Moriar, nisi effundam. Excrutior nisi to-  
rum me patefaciam.

## Plaziendo a Dios.

¶ Deo id volente. Deo nobis fauente. Deo id nobis annuen-  
te. Superis approbantibus. Fortuna suffragante. Deo comi-  
te. Deo duce.

## La qual cosa Dios no quiera.

¶ Quod Deus o meu aueriat. Quod infortuium Deus effu-  
get. Quem casum Deus non permittat. Quod incómodum  
Deus auferat. Quod superi prohibeant. Quod vtinam nun-  
quam eueniat.

**Yo ruego a Dícs que la cosa vaya bien.**

¶ Deum quæso, vt consilia sint tibi salutaria. Superos exoro, vt, quod aucturus sum, tibi non ob sit. Deum obsecro, vt, quod constituas tibi, bene succedat.

¶ Officid desiderij.

**Yo no dire mas.**

¶ Plura scribere non debeo. Plura dicenda non sunt. Plura me scribere non est necesse.

¶ Virtus prudētie.

**Beso no conviene escreuir muchas cosas.**

¶ Plura non sunt literis committenda. Non enim mihi placet de hac re plura scribere. Nihil enim attinet plura dicere. Neq; enim superiora repetam. Singula prosequi non est necesse. Pluribus te adhortari non debeo. Plura suspicari non possum. Sed hæc audies ex illis. Non dicam plura. Sed plura dicemus alias. Verum hæc prope diem, & multa alia currem. Sed de his ex aliorum literis certior fies. Impeditor verrecundia pluribus tecum agere.

**Yo te he escripto largamente, porque tu conozcas mejor la mi opinion, o mi parecer.**

¶ Hoc scripsi ad te pluribus, vt meum consilium melius intelligeres. Hoc pluribus egi, vt quid sentirem dilucidius cernerem. In hoc fui longior, vt, quæ mea esset sententia, clarius perspiceres. Hoc verbosius, complexus sum, vt institutionem meam

meam apertius comprehenderes. In hoc fui prolixior, ut de voluntate mea certior fieres.

## Yo te he escripto mas largo que pense.

¶ Plura, quam statueram, scripsi. Hæc ad te pluribus verbis scripsi, quam solitus eram. Hæc ad te scripsi verbosius, quam putaram. Sed hæc satis multa & plura quam expectabas. Huc enim ut venire, longior quā volui defluxit oratio.

## Yo te dire brevemente aquellas cosas que son largas.

¶ Illa, quæ maiora sunt, breuius exponam. Illa, quæ ampliorem orationem desiderant, breui comprehendam. Illa, quæ sequuntur, breuius perstringentur.

¶ *Virtus prudentie.*

## Yo te he escripto esto a causa q̄ tu supieses.

¶ Hoc ob eam causam ad te potissimum scripsi ut existimes. Hoc ex hac re præcipue tibi significaui: ut intelligeres. Hanc meam sententiam ex hoc tibi notam esse volui, ut scires. Hæc ex illa cōditione tibi denotaui, ut deliberares. Hæc ob eas rationes tibi aperui, ut præparares.

## Tu sabes aquello que yo te digo.

¶ Scis quid dico. Scis quid loquor. Scis quid intelligo. Scis quid cogito. Scis quid volo.

## Es peligro hablar, o no son de escreuir to das

**das cosas.**

¶ Difficile est loqui. Non omnia sunt literis cōmittenda. Ni  
hil temerē scriben dum est.

**De otros sabras las cosas que restan.**

¶ Sed cætera cognosces ex alijs. Cætera tibi nunciabunt a-  
lij. De cæteris per álios certior fies.

**Yo no te escriuo estas cosas sin causa.**

¶ Non scribo hæc temerē. Non dico sine causa. Noli puta  
re hæc me frustra dicere. Non enim incassum hæc com-  
memoratio. Hæc prætereà scripsi quia causa necessitudinis in-  
tercedit.

*¶ virtus prudentie.*

**Porque tu lo entiendas mejor yo te dire  
mas claramente el hecho.**

¶ Quod vt plenius exponam, alterius rationes repetam ne-  
cessitatem est. Quod vt clarius intelligas, longioribus verbis vtar.  
Quod vt apertius declarem, longiori vtar oratione. Quod  
vt eximie explicem, attende quæ sequuntur.

**Si la cosa supiese hablar por si misma.**

¶ Si res ipsa loqui posset. Si negotium posset per seipsum lo-  
qui quam secure declararem. Si causa ipsa statum demon-  
strare posset. Si ratio ipsa vires suas per se ipsum exprimere  
posset.

**Yo he hecho esto viñiendo segun el tiempo.**

L

Id egi

¶ Id egi temporibus obtemperans. Id feci fortunæ credens.  
Id admisi necessitati parens. Id constitui factio assentiens. Id  
prætermisi opportunitati obsequens.

## No es de estar siempre en una opinión.

¶ Non est semper in eadem opinione permanendum. Non  
enim semper in eodem animo esse debemus. Non semper  
vnum consilium sequi debemus.

## Es de tentar la fortuna.

¶ Subeunda est fortuna. Tentandum est. Experiendum est.

## Como el tiempo lo pidiere.

¶ Ut tempus nos admonebit. Ut dies nos cogere videbitur.  
Ut utilitas nobis persuadebit. Ut res incumbe contigerit.  
Ut rationes negotiorum nobis consulere videbuntur.

¶ Virtus prudentie & sapientie.

## Todas las cosas has mucho dmirar y pesar

¶ Omnia tibi proponere debes. Omnia sunt tibi excogita-  
da. Omnia sunt tibi animo & cogitatione pertractada. O-  
mnia sunt tibi prouidenda. Omnia sunt tecum deliberan-  
da. Omnia tecum commentari debes.

## Pienso que no ay mal tan grande que no puede acontecer.

¶ Neq; ullum malum esse posset, quod ego non putem im-  
pendere posse. Nec villa ta magna iactura est, qua ego non  
existimem.

existimem accidere posse. Neq; vlla tam magna calamitas est, quam ego non mihi persuadeam posse contingere. Neque ullum incommodorum genus est, quod ego euenire posse non coniectem.

### **Esto pertenece a mí.**

¶ Puto hoc mea interesse. Non est hoc alienum à dignitate mea. Hoc existimo rationibus meis non incóueniens. Hoc enim ad me attingere video.

### **Yo no sé q̄ fuer̄a traé, o tiene estas palabras.**

¶ Quæ vis insit in his verbis, non intelligo. Quam facultatem apportet hic sermo, non satis mihi constat. Quam opportunitatem habeant hæc verba, nō aspicio. Quam substantiam pertingit hæc oratio, non mihi notum est.

### **Esto no pertenece mucho a n̄o negocio.**

¶ Puto hoc non valde ad rem pertainere. Existimo hoc causam nostram parum attingere. Nō video hoc ad rem facultatem habere. Arbitror hoc ab instituto nostro alienum esse. Credo hoc rationibus nostris parum debere prodesse.

### **Yo amo mas la virtud que los bienes de la fortuna.**

¶ Me quidem non ex fortuna sed ex virtute pendere vidi i. Non enim diuitias, sed virtutes sum secutus. Non equidem homine scopijs opulentos, sed virtutibus celeberrimos excolui.

## Aquesto me parece ser nada.

¶ Hoc totum nihil esse possum intelligere. Hoc nihil significare facile perspicio. Hoc nullā facultatē habere facile diju dico. Hoc friuolum atq; ieunum esse liquidissimē constat.

## Estas cosas son menos q̄ se dizē, o piensan.

¶ Sed hæc minora sunt quam dicantur. Verum hæc minorem vim habent, quam existimentur. Sed hæc minus timenda sunt, quam homines arbitrātur. Sed hæc deteriora sunt quam videntur.

¶ *Virtus prudentie & sapientie.*

## Guarda q̄ tu no temas mas q̄ es menester.

¶ Illud cogita, ne rem magis periculosam existimes: quam sit necesse. Illud vide, ne sine periculo temerè iudicaueris. Illud prouideas, ne timendo magis temerè cogaris.

## Tu eres mas sabio que conoces lo mejor y mas prouechoso.

¶ Sed ea prædictus es prudenter, ex qua tu meliora pararc possis. Sed ea tu insignitus es sapientia, quæ maiora mouere posit. Sed eo instructus es consilio, quo melius hæc prouidere posses. Verū tu pro singulari industria tua hoc cōmodius trāsire poteris. Sed tu hoc facilius multo pro tua singulari eloquētia iudicabis. Sed hoc tu melius ex re & ex tēpore constitues. Reliqua sunt in te ipso & optima quidem.

## A ti no fallece consejo.

Sed

¶ Sed tibi consilium non deest. Tibi enim consilium defit  
se non potest. Sed tibi consilium non deficiet.

¶ Virtus prudentiae & sapientiae.

## Tullio dize ante las cosas que vengan.

¶ Quæ omnia acciderunt, Tullius dixit futura. Qui autem  
casus euenerunt, Cicero multo ante prædixit. Quæ autem  
sunt consecuta, Cicero est anteà prænoscitus.

## Yo no hare nada sin consideracion, o sin a- cuerdo.

¶ Nihil faciam insolenter. Nihil agam sine causa. Nihil ten-  
tabo inconsulto. Nihil moueam imprudenter. Nihil utar te-  
merarie.

## Yo he hecho, o dicho esto allende de mi co- stumbre.

¶ Atq; hæc præter meam consuetudinem dixi. Atq; hæc ta-  
ta præter meos pristinos mores effudi. Atq; hæc præter  
meam solitam viuendi institutionem feci. Quæ omnia præ-  
ter naturam meam aspersi.

## Yo hago de otra manera que auia dicho.

¶ Sed aliter quam dixi facio. Sed aliter quam constitueram  
efficio. Sed aliter quam videbar ostendere prosequor. Sed  
aliter quam pollicitus fueram ago. Sed aliter quam dixerā  
ostendo. Sed aliter quam speraueram ordino.

¶ Officia sapientie.

**Si tu tienes otra opinion haz que yo lo sepa, o si tienes otra intencion.**

¶ Quod si alia tes te mouet, fac ut sciam. Quod si aliud tibi propositum est, fac me certiorem. Quod si alia duceris voluntate, fac intelligam. Quod si animum alio conuerteris, fac ut mihi signifiques. Quod si sententiam mutaueris, fac me admonitum reddas. Quod si opinio pristina tibi non placet, fac ut sentiam.

**Si tu no has otra malenconia, o no no has enojo.**

¶ Si nihil te perturbat. Si nihil impedit. Si vacuus es molestijs. Si ociosus est animo, Si tranquilla es voluntate. Si nulla afficeris molestia. Si es occupationibus subleuatus.

**yo mude despues mi opinion.**

Mea postea mutata est ratio. Deinde consilium meum mutauit. Postea meæ rationes immutatæ sunt. Aliam postea rem agere cœpi.

**Agora ay otra condicion diuersa, o es otro tiempo.**

Nunc alia est ratio. Nunc alius est status rerum. Nunc est temporum cursus. Nunc alia est viuendi conditio. Nunc alia est hominum opinio.

¶ officia admonitionis et sapientie.

**Es vn remedio,**

**Est vna**

Est vna cautio. Est vna prouisio. Est vnum remedium.

**Yo no dudo que tu no hagas mas sabiasme-  
te queyo teaui so.**

Non dubito, quin tu prouideas plusquam ego te admoneam.  
Neq; vercor, quin tu sapientius agas quam ego tibi apere-  
riam. Nec diffido, quin tu melius rem pertractes quam ego  
tibi decarem. Neq; hæsito, quin tu cautijs causam produ-  
cas quam ego te erudiam.

**Si te plaze.**

Si libet. Si placet. Si videtur. Si fert animus. Si commodum  
est. Si voluntas est. Si patitur animus. Si facultas patitur. Si vo-  
luntati est. Si certū ducis. Si fieri posset. Si idoneū tibi videtur

**Yo no fingi cosa ninguna.**

Nihil simulaui. Nihil ficte dixi. Nihil simulate dixi. Nihil te-  
cum excogitaui.

**Yo no hare cosa malicio'samente.**

Non agam astute. Non simulabo quicquam. Nihil ficte di-  
cam. Nihil simulate faciam.

**Bien sabes.**

Non enim te fugit. Neq; te præterit. Neq; te latet. nec te ar-  
bitror ignorare. Tenes enim memoria. De quo memoriam  
accepisti. nec enim ignoras. Illud te fugore non arbitror.

**Segun me paresce,**

¶ Ut mihi videor . Ut mihi videris . Ut mihi videtur . Quem  
admodum coniecto . Ut coniecturam accipio . Ut arbitrari  
possim . Ut possum existimare . Ut opinio mea est .

**Digamos lo grosseramente , o en baro estilo**

¶ Dixeramus populariter . Disputemus familiariter . Aga-  
mus pingi Minerua .

**En esto no ay duda .**

¶ Nec enim est obscurum . Hoc nemini dubium est . Nec ta-  
men dubito . Nec ullam habet hæsitationem . Nec in mag-  
nam dubitationem cadit .

**Yo querria que tu derasses estar las guerras .**

y las enemistades .

¶ Sed velim declines arma sequi . Sed velim bella agere dese-  
ras . Sed velim inimicitias omittas . Sed velim ut multos effu-  
gias . Sed velim discordes euites . Sed velim ab insidijs ab-  
horreas .

¶ Officia prudentie .

**Yo querria que tu estuviesses en paz .**

¶ Sed velim pacem colas . Velim ocium tibi adoptes . Velim  
paci consulas . Sed velim ocio te exponas . Sed velim quietem  
adames .

**Toma exemplo de los hombres virtuosos .**

¶ Propone tibi , quod clari homines facere solent . Cigita  
quam recte rationes sapientes obseruarunt . Exemplum fac-

tibi .

tibi sententias in te officiosorum virorum.

## Juntamente has de pensar esto.

¶ Simul et illud cogitare debes. Simul & hoc animaduertendum est. Simul et ista sunt desideranda.

## Lo quales cosa que a entrambos cumple.

¶ Quod mea tuaq; patitur actas. Quod ab vtroq; commune fieri posset. Quod neutri nostrum obesse videtur.

*Officia admonitionis.*

## Las cosas acontecidas mas son de sospecha que de hechos.

¶ Quæ acciderunt, fuerunt non tam re quam suspicione. Quæ nuper euenerunt, non tam vera quam videnda fuerūt. Quæ facta esse dicuntur, nō tā gesta quā facta esse videtur.

## Son muchas cosas semejantes a estas.

¶ Sunt enim mirabilia generis ciudem. Sunt enim per multa huiusmodi consilia. Sunt enim infinitæ huius conditionis res.

## Que dirás si todas las otras cosas te escriuo

¶ Quid si cætera dicam? quid si reliqua scribam? quid si omnia aperiam? quid si omnia plane faciam? quid si nihil taceam?

## Que sera si.

¶ Quid quaeris si. Quid tamen cum? Quid iam si. Quid ergo

L 5 est.

est. Quid quæris. Quid expectas, quid tum postea sequetur.

**yo he dicho todas estas cosas por que tu**  
me entiendas.

¶ Quæ omnia collegi, ut intelligeres. Quæ omnia coadunauis, ut scires. Quæ omnia tibi significaui, ut cognosceres. Quæ omnia tibi scripsi, ut certior fieres. Quæ omnia te admonui ut cogitares.

**T**oda estas otras cosas son generales, o co-  
munes.

¶ Cæteræ sunt signa communia. Reliquæ sunt signa vniuersalia. Aliæ sunt omnes coniecturæ generales.

**Yo me pienso que tu ayas oydo esto.**

¶ Puto enim hæc te audiuisse. Existimo hoc te intellexisse.  
Arbitror hoc tibi notum esse.

**yo veo que por estas razones no hazes co-**

sa alguna.

¶ Intelligo te istis rationibus nihil proficere. Non vides rebus istis te nihil prodesse posse? Non animaducitis istis molestijs aliqui possent?

**S**í los mis ruegos no valen yo te pido esto  
de gracia.

¶ Quod si non possum aliquid proficere suadendo, gratia  
& precibus à te contendo. Quod si monitionibus meis obtine-

perare noluctis, precibus saltē consequar, quod si non amātissimis persuasioñib⁹ nec literis, summis tamen supplicationib⁹ fac mouearis.

**Yo he hecho por mí mismo y poudre todas mis fuerças.**

¶ Agam pro me ipso & moliar. Faciam per me ipsum, & vires meas experiar. Negotium egomet suscipiā , & conabor quod possum. Aggredior ego ipſe rem istam, vi quid consequi possim. Causam ipsam egomet subijcio, vt, quid fors tulierit, praetulit.

**Tu bien sabes las costumbres de los hóbres.**

¶ Sed nosti mores hominum. Sed nosti hominum consuetudinem. Sed nosti hominum voluntatem..

**No te cures de las cosas variables, o mudables**

¶ Neq; colas res mundanas: inanes, atq; volatiles, neq; minus cures incerta, humilia, breuia, fugacia, instabilia . Neq; nimium desideres ea, quæ sunt hominibus incommoda, no ciua, ignominiosa.

**Yo no se porq occasiō tu no te das al estudio.**

¶ Cur studio non inuigiles, nescio . Cur studia non excolas, non intelligo. Cur te virtutibus non exponas, causam non video. Cur hoc non velis assèqui, non existimo.

**Esto pertenece a tu virtud.**

¶ Hoc interest ingenij tui. Hoc est virtutis tuae. Sed d' hoc tu vide

*Officium admonitionis.*

videris. Hoc tu pro ingenio tuo considera. Tuæ partes sunt:

## Zu no has menester ser incitado ni rogado

¶ Sed adhortatione non puto te indigere. Sed mea tibi admonitione nequam opus esse existimo. Sed, ut arbitror, præceptis meis non egebis.

## En este negocio no has de poner alguna excusa.

¶ In hac re nullam tuam accipio excusationem. Sed in hoc negotio nulla tua apud me excusatio yllâ est fidé habitura.

## Yo no dudo aquello.

¶ neq; enim vereor. Neq; certe dubito quin . Neq; enim existimo quod si.

## Yo no curo de aquello.

¶ Nec illud quidem curo. Nec illud certe molior.

## Aquesto ha de ser.

¶ Sed hæc sperare licet. Hoc enim optandum est. Hoc enim expectare decet.

*Officia admonitionis.*

## Yo vco y se bié quanto tu me puedes ayudar

¶ Quantum me possis adiuuare, facile intelligo. quanto mihi præsidio esse possis clarissime perspicio . quantum enim rationibus meis prodeste valeas, clarissime mihi constat. quanto rebus meis consulere possis, est mihi liquidissimum.

## Yo no dudo que quieras por mí amor,

Neq;

¶ Neq; enim dubite, quin mea causa velis. Neq; enim vereor, quantopere prodesse mihi desideres. Neq; enim villa moueor hæsitatione, quantopere mihi fauere cupias.

## A quien me deuo yo encomendar si no a aquel que me ha siempre defendido?

¶ Egoquem potius debeo inuocare, quam eum, qui causas meas vincere solet. Ego cui me potius cōmendem, quam ei à quo salutem accipere cōsueui. Ego cuius auxilium potius requiram, quam eius, cuius ope & præsidio meus status in columis feruatur.

## Yo no dudo que siendo tu benigno a todo hombre, q̄ a mi que soy tu amigo me has de fauorescer.

¶ Nec dubito, quoniam cum omnibus benignè feceris, mihi etiam tibi amicissime fauere velis. Nō enim vereor, cum in omnes liberalissimus sis, mihi etiam tui amantissimo te mihi accommodare velis. Neq; etiam hæsito, quin cum ini micis tuis officiosum te præstiteris: mihi etiam gratissimus futurus sis.

¶ Virtus fidei & spei.

## Yo no he menester para alcançar y acabar este negocio si no la tu autoridad y la tu voz.

¶ Mihi autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi vt auto ritatem tuam interponas. Mihi autem hoc in tépore nil de ficit, nisi vt sententiam adiungas Mihi autem, vt quæ velim consequar, aliud nihil desidero, nisi vt te facillimū præstes.

Esto

## **Esto se hará si Arripino pusiere su voz.**

¶ Id erit firmum, si Arripini voluntas intercesserit. Id stabilitū fore arbitramur, si Arripinius nobis officiū suū præstiterit. Id erit optime perfectū, si Arripini suffragiū interuenerit.

## **Que es menester que Yo te encomiende mi**

causa pues tu la tienes por tuya mesma?

¶ Sed quid meam causam tantopere tibi cōmendem, quam tu cōmendationem tecum esse existimes? Sed quid ego de ea re tam vehementer à te contendā, quam ad te ipsum pertinere arbitraris? Sed quid ego de his negocijs tantopere te obtundam, quæ per se ipsa tibi cōmendatissima sunt?

¶ *Virtus fidei & sp̄i.*

## **Yo espero que la cosa sera mejor.**

¶ Spem tamen habeo tempora aliquando futura meliora. Spero tamen aliquando fortunam mihi mitiorem euenire. Nullam enim spēm inuenio, vt fœliciorem mihi status conditionem aliquando consecuturus sim.

## **Yo no digo por opinió, mas por cierta razó.**

¶ Non equidem aliorum auditū sed certis rationibus hoc tibi scribam. Hoc enim non inanum sed vera rerum experientia tibi narro.

## **La cosa no es hecha dudosamente.**

¶ Ne q; enim obscuris personis res agitur. Neq; etiam prauis in

uis in causis negotium geritur. Neq; enim dubijs conditionibus factum constatur.

**Y**o no me curio q; ayas esto por bié, o por mal

¶ Quam in partem hoc accipias, non laboro. Quo animo hæc recipias, non nimis curio. Quia ratione hæc interpretris paruifacio.

¶ *Virtus fidei et fæci.*

**S**i yo lo ouiesse agora esto de hazer yo lo haria como esto.

¶ Si hoc mihi negotiūm integrum esset, hoc idem ego sentirem. Si hæc quidem rationes mihi arbitrio concederentur, non alia voluntate constarem, quam nunc esse cognoscis. Si omnes homines aliud mihi persuasisserent: ego tamen hac eadem usus essem sententia, quam audiuitis. Adhuc in eadem sententia sum, ut, quæ fecerim, recta mihi videatur.

**Y**o me desculparia de buena voluntad delante de ti.

¶ Libenter tibi me & facile purgare. Libenter tecū iraeundi cuo merē. Libenter te corā, quæ mīhi obijcis, refutarē.

**D**ensariás por dicha que siendo yo injuriado no me deuiesse enojar.

¶ Putares fortasse, vt indignis ego iniurijs lacesitus non succenserem. An existimares, quod acerbissimis ego incommodis affectus non mouerer. An fortassis crederes, quod ego tam insigni iniuria percusus obdormirē. An forsan animaduer-

maduerteres, quod ego tā intolerabili iactura cōfectus nō excusari deberē. An hoc tibi iudicas, quod ego tam calamitosis offenditionibus cōpulsus iracundia non excādescerem.

¶ *Virtus fortitudinis & constantiae.*

## Aquesto no es d'hazer en ninguna manera.

¶ Hoc enim quidem nullo pacto ferendum est. Neq; enim hoc vila ratione tolerandum est. Neq; hoc vlo pacto sustinendum.

## Quien auría esto en paciencia si no yo?

¶ *Quis enim hoc ferre posset præter me? Quis toleraret, nisi ego? Quis enim pateretur nisi ego? Quis enim hoc æquo animo ferre posset, nisi ego?*

¶ *Virtus patientie & constantie.*

## Tu deues suffrir toda cosa.

¶ Omnia quidem sunt pacienter toleranda. Omnia enim sunt pacienter perferanda. Omnia sunt sapienti prudenter temperanda. Omnia sunt cquidē facili animo accipienda.

## Por ventura sera necessario dezir te alguna cosa que no querrias.

¶ At tibi fortasse aliquid dicendum est, quod noles. At tibi fortasse aliquid dicendum sit, quod non sentias. At tibi forsitan aliquid laudandum erit, quod non probes. At tibi fortassis aliquid moliendum fuerit, quod non valeas. At tibi fortasse aliquid sustinendum, quod non queas.

Esto

## **Esto a todos toca y no a tí solo.**

**¶** Hoc tibi cōmune est cum multis. Hoc enim est omnibus  
yñiuersale. Hoc enim attigit omnes. Hoc enim est insitum  
omnibus.

## **Tú no deves recusar la comun fortuna.**

**¶** Neq; enim debes, quod cōmunis fortuna dederit, recusa-  
re. Neq; enim fortunæ cōmunis rationibus obſistere debes.  
Neq; enim tu ſcires, quod fors ferat, recufare.

**¶** *Virtus pacientie &c. iſtancie.*

## **Mas has ganado que perdido.**

**¶** Plus tibi virtus dedit, quam fortuna abstulit. Plura tibi  
comparaſti, quam amiferis. Amplius quidē nactus es, quam  
perdideris.

## **Que dirás tu si esto es mejor.**

**¶** Quid si hoc melius? Quid si hoc cōmodius? Quid si hoc  
conducibilius? Quid si hoc conuenientius?

## **Sí tu no piensas que aquesto te conviene.**

**¶** Si non alienum à tua virtute putabis. Si non indignū tua  
autoritate existimabis. Si tuis rationibus non incōueniens  
eſſe dicas. Si hoc tibi non incōmodum arbitraberis.

## **Un remedio es para apartar se de la male- conia, esto es las virtudes y el estudio de las letras.**

**M      Sed eſt**

¶ Sed est vnum profugium quietis, videlicet virtutes & literarum studium. Sed est vnum portus ad salutem, scilicet bonarum artium disciplinæ. Sed est vna spes consolationis, literarum studia. Sed est vnum remediu tranquillitatis, scientiarum celebritas.

## Las quales cosas yo declararia si mejor q

que tu las supiesse.

¶ Quæ omnia prosequerer, si melius quam tu videre. Quæ omnia cōmemorarem, nisi tu clarus quā ego intelligeres. Quæ omnia explicarē, si ego apertius quā tu cognoscerem.  
Virtus prudentie et modestie.

## Mas yo temo que tu me reprehendas de muchas palabras.

¶ Sed vereor, ne iam mihi superesse verba putes. Sed dubito, ne dicendi rationem longam nimis accuses. Sed vereor, ne multa à me dicta superuacula esse dicas.

## Ninguno me es mejor ni mas liberal q Lató

¶ Nemo est mibi Catone melior. Nemo es mibi Catone amicitior. Nemo est mibi Catone liberalior.

## yo dire demandando te perdon, o con re uerencia.

¶ Pace tua loquor. Pace tua dixerim. Pace omniū affirmabo.

## yo no veo que yo aya gran pujsanza, o que algo pueda hazer.

Ego,

**¶** Ego, quid possum, nescio. Ego, quæ mea sit facultas, non intelligo. Ego, quid valeam, non cognosco. Ego quid à me possum, non satis mihi constat. Ego, quibus virtutibus uti possum, non conspicio.

**¶ Virtus prudentia & constantie.**

**Yo no dire de mi lo que no se, o jamas me alabare de lo que no se.**

**¶** Nunquā enim diffitebor, me ad tantā diligentiam non peruenisse. Nunquā inficiabor, tantā me scientiam non dedicisse. Nunquā id mihi attribuā: quod non fuerim consecutus. Facter enim ad tantū me sapientiae gradum non accessisse.

**¶ Virtus modestia.**

**Yo sabia bien lo que hazia.**

**¶** Neq; enim, cū faciebā, eram amēs. Neq; enim, cū hoc eu-  
rabam, stultus erā. Neq; profecto, cum hoc agerem, erā desi-  
piens. Neq; enim, cum hoc tractabam, ignorabā quid age-  
rem. Neq; enim, cum hoc tentabam, insanire videbar.

**Qui opinion no deve ser reprehendida.**

**¶** Neq; enim est consilium meum accusandum. Nihil egī,  
quod iure possit reprehendi. Nihil enim vitij habet nostri  
consilij deliberatio.

**¶ Excusatio.**

**Que mal ay en aquellas palabras, si no re-  
prehension del mal hecho y del error.**

¶ Quid in illis verbis, nisi criminis refutatio? Quid in ea post ratione reperiri, nisi erroris repulsio? Quid in eo sermone erroris fuit, nisi calumnia refutatio? Quid enim vitij epistola continet, nisi contra improbos liberá defensionem?

## Si esto te desplaze yo no lo hare mas.

¶ Si hoc tibi displicet, non utar posthac. Si hoc tibi non placet, deinceps prætermittā. Si hoc tibi debeā, in posterū misum faciā. Si hoc tibi inuidiosum est, in futurū non attingā.

## Yo no te deuria fatigar mayormente en tan

ta ocupacion como tienes.

¶ Oneris imponere quicquam non deberé in summis præsertim occupationibus tuis. Laboris tibi quicquam cōmittere non audeo in acerbissimis præsertim molestijs, quos usque opprimeris. Non deberem te virum summa autoritate præditum defatigare, præsertim cum sis vehementissime defatigatus.

## Tu podrías en esto hallar escusación.

¶ Posset enim mihi denegare occupatio tua. Posset hanc meam petitionem recusare. Posset hanc meam voluntatem refutare. Posset hanc pro me prouinciam subterfugere. Posset tua dignitas hunc laborem recusare.

### ¶ Excusatio.

## Sila cosa es q̄ buenamente se p̄nede hazer.

¶ Si res facultatem habere videatur. Si negotium videbitur esse

cunt, & in alienis molestè se implicant. Per multi reperiuntur, qui se ipsos non cognoscunt, & alienos arguunt.

## **Sí los hombres no me ouiesen injuriado**

yo no mudaria mi proposito y voluntad.

¶ Et nisi homines acerbissimis eotū iniurijs me alienassent: nos profecto non essemus immutati. Nisi homines intollerabilibus iniurijs nos lacefissent, in pristina profecto sentia stetissemus. Nisi fuisset ab aliquibus nunc derelicti, pristinam voluntatem rei inuiissemus.

## **Sí los hombres fuessen agradescidos y bue**

nos no estariamos en trabajo y fatiga.

¶ Si fides ab his coleretur, à quibus obseruari deberet: nullo quidem labore defatigaremur. Si ab his adiuti essemus, à quibus debemus, non molestè laboraremus. Nisi ab his deieci fuisset, à quibus minimè opus fuerat, omnino quæ desideramus essemus consecuti. Hæc enim fuissent facillima, si culpa à quibusdam absuisset. Hæc iam perfecta fuissent, si esset in his beneficiorum memoria, in quibus maximè esse deberet.

¶ Lamentatio iniquitatis malorum.

## **Sí nuestros aduersarios no nos impiden,**

nos alcançaremos, o conseguiremos nuestra intencion.

¶ Si aduersarij rem non impedirent, causam nostram obtineremus. Nisi inimici nobis fuerint impedimento: rem nostram impetrabimus. Nisi res per aduersarios fuerit impedi-

ta, facilè quod volumus consequemur. Nisi inuidi remi per-  
turbarint, ad id quod optamus faciliter perueniemus.

¶ Lamentatio iniquitatis malorum.

**Nos tenemos muchos aduersarios y ene-  
migos en nuestros negocios.**

¶ In causa nostra habemus potentes inimicos. In rebus no-  
stris habemus perfidos nobis aduersarios. In nostro nego-  
cio habemus nobis auaros infestos. In nostra dignitate ha-  
bemus complures nobis contrarios.

**Tu conosces la malicia de los hombres.**

¶ Sed nosti hominum iniquitatem. Sed intelligis quanta  
sunt hominum perfidia atq; iniquitas. Sed iam didicisti, quâ-  
tæ sunt hominum proditiones. Verum prospexit, quanta  
inter homines versantur insidiae.

¶ Lamentatio iniquitatis.

**Yo creo que tu sabes el impedimento que  
nos auemos auido, o nos es venido.**

¶ Quæ nobis impedimento fuerunt, arbitror te suspicari.  
Quæ nobis impedierunt, existimo te cognoscere. Quæ no-  
bis nocuerunt, te credo animaduertere. Qui nobis difficul-  
tatem attulerunt, scire arbitror. Quam rem nobis perturba-  
runt, te fugere non existimo.

**Esto me turba, o me fatiga.**

¶ Istud me mouet. Istud me turbat. Istud me solicitat. Istud

me

me incendit. Istud me exagitat. Istud me efflamat.

## Que es menester que algunos me persigan

o porque me han de maltratar?

¶ Quid enim est, quod me persequantur? Quid est enim, quod mihi detrahant? Quid enim est, quod mihi obessè studeant? Quid enim est, quod me perturbent? Quid enim est quod me impediāt? Quid enim est, quod me lacescat? Quid enim est, quod mihi incōmodent? Quid enim est, quod me molestent? Quid enim est, quod iniurijs me afficiant?

## Yo no pucdo resistir a las fueras sin fueras.

¶ Quid enim est, quod contra vim sine vi fieri possit? Quid est enim, quod cōtra potentia sine potētia agi possit. Quid est enim, quod cōtra vīres sine viribus conari quisquam possit.

Lamentatio iniquitatis malorum.

## La injuria en hecho es pequeña: mas la in- dignacion es grande.

¶ Offensio parua est, sed animi indignatio maxima. Amis-  
sio rerum exigua est, sed stomachi perturbatio acerrima. Ia-  
catura tenuis existit, sed animi excandescentia summa.

## Perdoname q yo me quiero con iusta razó.

¶ Ignoscere iracūdias meas, quae iusta est Parce meis querelis,  
quae iusta quidē habētur. Da veniam mihi de perfidorū perfi-  
dia cōquerēti. Patiaris me cōtra iniquos iure excādescēte.

**Tu grande humanidad hazé que yo di-  
ga sin empacho mi parecer: o lo que siento.**

¶ Adhuc patitur tua summa humanitas me quod sentiam  
liberè dicere. Adhuc patitur tua maxima sapiētia quod mihi  
libet in medium adducere. Adhuc patitur tua optima be-  
nevolentia me liberaliter tecum expostulare posse.

**A mí me paresce que yo no trate jamas cosa  
mas difícil.**

¶ Nunquam enim videor tractasse causam difficiliorem.  
Nunquam profecto rem molestiorem sustinuisse videor.  
Nunquam certe negocium intractabilius me egisse cōstat.

*Lamentatio iniquitatis malorum.*

**Tu diras por ventura que me consuelan, o**  
me apruechan estas cosas en tantos males?

¶ Dices fortasse, quid me res ista cōsolatur in tantis malis?  
Dices, quid mihi ista conducent in tantis incommidis? Di-  
ces, quid me ista iutabunt in tantis tribulationibus? Dices,  
quid me ista sustentabunt in tantis calamitatibus.

**Este es vn dolor sin remedio.**

¶ Est omnino vix consolabilis dolor. Est penitus quasi in-  
tolerabilis molestia. Est omnino ferme irrecuperabilis ja-  
etura.

**Yo no puedo escreuir lo restante con el gran  
dolor.**

Non

¶ Non possum reliqua scribere dolore impeditus. Non possum cætera dicere iracudia perturbatus. Non valeo reliqua prosequi molestia confectus.

**Que piensas que yo te a ya escrito?**

¶ Quid enim me tibi scripsisse existimas? Quid meas literas significare putas? Quid est quod meas literas verearvis?

**Yo no auria jamas pensado esto.**

¶ Ego hæc nunquam fuisse suspicatus. Ego hæc nūquam posse accidere existimau. Hoc ego nunquam euenire cogitasse. Hoc enim nūquam mihi in mentem venisset.

¶ Lamentatio ignorantie.

**Tu solo no vees las cosas manifestas y clara**s a todo hombre.

¶ Quid tu solus aperta non vides? Quid tu ex omnibus, quæ iam contraria sunt, non cognoscis? Quid tu unicus, quæ omnibus clarissima sunt, non intelligis?

**Apio ha conseguido, o alcanzado dignidad** sin virtud. Si oíste lo que digo, no te extrañará.

¶ Quæ Apius consecutus est, honorum vocabula habitura sunt non dignitatis insignia. Multi insignia dignitatis sine virtutibus assecuti sunt. Complures in magistratibus dicti sunt præstantes, quorum nemo habitus est officiosus.

**Porque sere yo diligente en aquellas cosas**

en las cuales son negligentes aquellos, a quien principalemente perteneſce el hecho, o el negocio?

¶ Quid ego in ea cauſa inuigilem, in qua is, cuius præcipua res agitur, obdormiat? Quid enim in his rebus me ostenté, in quibus hi ad quos potissimum pertinent, negligentes exiſtunt? Quid enim in his rationibus me excrucié, in quibus illi, quorū præcipua cōmoditas tractatur, inertissimi repe riuntur.

### **Aos dormis en los peligros.**

¶ Vos dormitis in periculis. Vos no videmini, quæ eminēt, intelligere. Vos in periculis ocio marcescitis.

¶ Reprehensio diligentie.

### **Esta razon mas cōuiene a aquellos que son o han ſido negligentes.**

¶ Sed hæc oratio eſtet magis aperta ad eos, qui nihil ſcribunt. Sed hoc dicendi genus magis cōueniens habetur his, qui longiori inertia se expoſuerunt. Sed hæc disputatio magis illis conueniret, qui ocio marcescunt.

### **Tu eres tan perezoso que no te curas de**

escreuir me coſa alguna.

¶ Iam valde lentus factus es, quod nihil mihi curas ſcribere. Iam factus es plurimum delicatus, qui nihil agis. Spacioſus iam nimis effectus es, qui nihil curas.

### **Tu no curas nada: o a todos tienes en poco**

Nihil

¶ Nihil curas. Omnia flocifacis. De nihilo curas. Omnia negligis. Omnia paruifacis. Deos hominesq; despicias.

## Para que dire mas?

¶ Quid multa? Quid plura? Quid reliqua? Quid cætera? Quid alia omnino?

## Qui conosces la tardanza y negligencia de

Antonio.

¶ Sed nosti Callidij tarditatem. Sed te non fugit, quam sit Callidius pace efficax. Sed non es ignarus, quam Callidius sit frigidus. Sed nosti, quam Callidius sit ineptus.

¶ Reprehensio negligentie.

## Yo no me mudare de mi proposito si a ti viene re constante y firme.

¶ Neq; etiam ego n̄c voluntatem immuto, si in eadem te constitutione inspexero. Neq; etiam aliam sumo deliberationem, si in eodem te proposito constitutum esse cognovero. Neq; aliam consiliorum rationem immutabo, si te firmum esse perspexero.

¶ Proximum pro synonimis conclusio-  
num, quæ sequuntur.

## Conclusio.

Si vel epistolas vel orationes mi eloquèissime Joannes, aut literis mandamus aut viuis verbis agimus, cum eas exordio: narratione: confirmatione ac confutatione confecimus: consequens ac necessarium

cessarium sequi videtur, ut nostrae propositioni conclusionem appondamus, ut cum res, quae à nobis acte fuerunt, rhetorice orationis partibus confessae constent: nihil quod ad persuadendū pertineat pretermissemus esse videatur. Quam rem cum ita constare viderem, nolui in hoc modico deficere: quin etiam has modicas conclusionis inuentiones ceteris superioribus orationis partibus adiungerem. Cum igitur aliquid concludere volueris, si accuratisime consideraueris, aut in ipsis facillime tibi comparare poteris.

## Ama me pues confses que Yo te amo.

¶ Tu igitur me amabis, si hoc idem me in te facere existimes. Tu igitur mihi inseruis, si mutuam me tibi vicem præstitorum arbitreris. Tu igitur me cōpletearis, si in eandem benevolentiae vicisitudinem me tibi correspondere putas.

## Yo querria si es p ossible que tu me amases como sueles.

¶ Si poteris, velim, me ames, ut soles. Si adduci poteris, cupio ut mutuo me diligas. Si fieri posit, velim tuum pristinum erga me amorem conserues. Si effici poterit, cupio ut solita nostræ benevolentiae coniunctio integra conseruetur.

## Ten comigo aqñ amor q Yo contigo tengo.

¶ Fac igitur mutuo me diligas. Eadem igitur fac me benevolentia cōpletearis. Parce igitur fac mihi voluntate præstes.

## Seamos de aquel animo Y voluntad que

noso tros auemos siempre estado

¶ Igitur inter nos simus animo, quo semper fuimus. Simus igitur ea mente, qua semper constituimus. Persistamus igitur voluntate, quia merito esse debemus.

¶ Partitio mutui amoris.

Haz

## **Si alguna deldicha me impidiere.**

¶ Nisi hanc mihi facultatē aliquis casus eripuerit. Nisi hanc occasione aliquod infortunium perturbauerit. Nisi hanc opportunitatem aliqua iniquā sors immutauerit.

## **Quando yo tuviere mayor pujanza yo te**

satisfare mas largamente los cargos que tengo de ti.

¶ Meum in te animum multo officiosorem atq; meliorem cognoscet, cum mihi oblata fuerit cōmodior tibi satisfacēti facultas. Quos beneficiorum fructus tibi debeo, cum opportunit̄ dabitur potestas: v̄beriores, pr̄stantiores: cum ualiores que recipies. Ego enim semper omnibus in rebus, quas ad te pertinere arbitrabor, cum expositam facultatem consequar, mirificum tibi me comitem demonstrabo.

## **Eso mucho de mirar, o de trabajar.**

¶ Quanta est opera. Est enim animaduertendum. Est igitur diligenter procurandum. Est igitur vigilanter euitandum. Est enim dies ac noctes elaborandum. Est enim vehelementer infidandum. Properandum est. Celeritate opus est. Maturitatē res desiderat.

## **Yo te lo auría mostrado por experiencia si la**

fortuna no lo ouiesse vedado.

¶ Quod ego clārissimè demonstrarem, nisi inopinatus casus hoc mihi eripuerit. Quod ego re ipsa probarem, nisi fortuna proprium consilium de manibus extorrisset. Quod

ego optime perfecsem, ni fors aduersa officium meum in te turbasset.

Lamentatio aduersa fortune et spes

**Tu vees quanto mi esperanza me ha faltado.**

Quantum spes fecellerit, vides. Quantum de spe deciderimus, intelliges. Quantum nos spes deluserit, prospicies. Quantum spes decepti sumus, cognoscis. Quantum frustratus sumus, apertissime sentis.

**Ninguna esperanza tengo del bien de la republica.**

Exigua est spes salutis reipublicæ. De statu reipublicæ nullam spem concipio bonam. Nullam habeo exploratam rationem status Catonis. Nullam habeo exploratam fidem aduentus Catonis.

**De lo que se dice de Francia no sabemos cosa cierta.**

Quæ de bello Gallico audiuimus, adhuc sine capite sunt. Quæ de Gallia nobis nunciantur, adhuc sine certo autore proferuntur. Quæ de Gallis dicuntur, adhuc sine certo nuncio significantur. Quæ de Gallicis bellis nobis deferuntur, adhuc solummodo ex rumore habuimus.

**Esto no es cosa de rey.**

Nihil est quod rideamus. Sed ego non video, quanquam turides. Sed ego risum prouocare non possum, si tu risum exhibeas. Sed ego latari non possum, et si tu risu insanire videaris

ris. Sed ego iocari non possum, quanuis tu gaudio despicias.  
¶ Lamentatio aduersus fortunam & spem deceptam.

## **Sí esto es verdad no es menester trabajar**

mas, o no ay remedio.

¶ Actum est, si hæc vera sunt. Si hæc ita sunt, nihil est quod cogitemus. Si hæc vera prædicatur, nihil est quod amplius laboremus. Si hoc ita cōstat, vt fertur, non opus est, vt deinceps frustra defatigemur.

## **Sí esto acaçice la cosa andara mal.**

¶ Si hoc ita interuenerit, actum esse de spe nostra putemus. Si hoc diu interuenerit, male futurum est. Si hoc vires ceperit, incómodum subsequetur.

## **No es menester que tu te cures de lo hazer.**

¶ Nihil est, quod facere gestias. Nihil est, quod curare moriaris. Nihil est, quod statuere coneris.

## **La cosa es hecha por otra manera que no pensaua.**

¶ Res enim aliter acta est quam putaueram. Non èquidem eum finem sors dedit, quem speraueram. Longè sècus accessio successit, quam expectaui.

¶ Lamentatio incommodorum.

## **Yo no sé en que manera.**

¶ Nescio quomodo. Nescio quo pacto. Nescio qua ratione. Nescio qua causa. Nescio quo auspicio. Nescio qua ex locum constitutione.

## **El error y vergüenza hicieron a Arripino**

que muriese.

¶ Arripinus falso errore ductus ad periculum apertissimum accessit. Arripinus spe falsa productus ad pestem ante oculos positam profectus est. Arripinus sius virtutis fama compulsus ad interitum palam notum deductus est. Arripinus pudore victus ad mortem omnibus suspecta irruit sponte sua.

¶ *Lamentatio incommodeorum.*

## **Audchos se me atreuen por mi humanidad.**

¶ Sed quidam homines mea facilitate immoderatè fruuntur. Multi profecto mea humanitate ingratè nimis vntuntur. Sed plerique nimiam de me sibi licentiam assumpserunt.

## **Sies bien que todos seamos para nos mismos, o a nuestro prouecho.**

¶ Quod si est astuti hominis omnia ad suam vtilitatem referre. Quod si sapientiam ducimus nos solos amare. Quod si laudem ducimus, omnia ad rationes nostras conuertere. Quod si omnia, qua communia esse debent, nostrum comodum redundare curramus.

## **Si conosciere que lo que hago me sera poco agradescido.**

¶ Si mea in homines seruitia profundere ac perfidere videro. Si mea in homines beneficia ingrata esse intellexero. Si mea apud homines promerita intermoritura esse conspe-

xero

**Exto.** Si mea apud homines merita nihil esse valitura cognoero; si mihi erit quippe deus, non poterit meo  
procedere modus remittendus, et quodcumque deo  
potest.

**A los que no se agradaren de lo que yo hiziere** no los enojare mucho.

**C**ontra Non committam, ut quibusdam hominibus insanire videar. Non homines obtundam, si eos opera mea non delectabit. Non apud homines deliberabo, si eis non placuero. Non frustra laborabo, si mea diligentia ingrata videtur.

**Clodio no esta aun alla donde pensaua.**

**C**lodius nondum prosector est quo iam se delatum existimat. Nondum idem Clodius consecutus, quod iam prope perfecisse arbitratur. Nondum Clodius illum rerum finem videbit, quem iam tenere sibi persuadere videtur.

**Lamentatio ingratisitudinis.**

**Tu conosces las passiones de mi corazon.**

**C**nosti mei stomachi fastidium. Nosti mei animi indignationem. Nosti quod soleam ab indignis abhorre.

**Yo puedo vivir sin Apio.**

**C**ontra Utilitatibus Appij satis carere possum. Comodis Appij leuiter vacare possem. Adiumentis Appij leuiter supersedere possum.

**Es mejor comportar toda cosa que ser subjetos a los indignos, o malos.**

N Sed

¶ Sed quiduis est melius, quam indignos sequi debere. Sed omnia, ut putas, commodius est pati, quam indignis pare-re. Sed malo cuiusvis seruitutem tolerare, quam hominum perfidorum vultum subire.

**Esto es mas ligera cosa de desir que de ha-  
zer.**

¶ Facile enim dictu est. Hoc est facile existimatu. Hoc enim facilius est dictu quam factu.

**Yo no te otorgo questo.**

¶ Hoc tibi non concedo. Hoc tibi non assentior. Hoc ita esse non sentio. Id enim iure negare possum. Id falsum esse possum confirmare.

**Esto no me paresce cosa verdadera.**

¶ Neq; enim hoc est verisimile. Nec hoc videtur esse con-  
tentaneum. Neq; hoc videtur esse probabile. Hoc enim va-  
num esse constat. Hoc enim totū falsum est. Tantum enim  
hoc abest à veritate, ut nihil sit magis alienum.

¶ Reprehensio mendacij.

¶ Lamentatio ingratitudinis.

**Yo no le puedo creer.**

¶ Non enim possum credere, non existimare. Nulla quidē ratione in mentem mihi venire potest. Non enim possum alio modo mihi persuadere. Non enim possum abduci ut credam. Hoc enim mihi in mentem cadere non valeret.

**Esta razon vale poco.**

¶ Sed haec ratio leuis est. Sed haec excusatio accipienda non est. Sed haec causa tenuis est. Sed haec res parum probabilis est. Sed haec sententia tenuis est. Sed haec conclusio nulla est.

**Mas esta razon no es menester.**

Sed hac ratione nihil opus est. Sed hoc negotium non est nobis necessarium. Sed hunc sermonem idoneum non sumus. Sed hac dignitatem non egemus. Sed hoc generi nostri nobis non licet.

**Las fuerzas fallecen.**

Vires deficiunt. Membra cadunt. Animus languet. Animus contrahitur. Cadit animus. Vires enervantur. Facultates minuantur.

¶ Reprehensio mendacij.

**Tu no sabes bien con quien traes pleyto.**

Nescis enim, quod cum homine tibi negotium sit: Ignoras, quidem, cui tu hominum contradicas. Non enim recte nosti quem oppugnas.

¶ Reprehensio indignae iniuritatis.

**Los hombres invidiosos y maldizientes no**

han bien conocido a Gasparino.

¶ Totum enim Gasparinum non nouerunt detrahentes. Omnes equidem Galparini virtutes non tenuerunt inuidi ho-

mines. Omnia profecto Guasparini officia nō didicerunt.

## Yo soy venido en boca de los inuidiosos ¶

maldizientes.

¶ Incidit mea vita in voculas maledictorum. Sed contigit  
meus status in detractione malorum. Sed euenit mea fors  
in petulantia inuidorum. Se dicit haec quidem conditione na-  
tus sum, ut facile detractores inueniam.

## Quien se deleyna en dezir mal de otros oy-

ra lo semejante de si.

¶ Qui detractionibus delestantur, facilè comparent, qui  
parem sibi vicem referant. Qui malo dicendi genere latan-  
tur, mutuam gratiam recipiunt.

## Muchos reprehenden a otros los qualcs,

estan en grande vicio y error.

¶ Sunt enim multi, qui cum cæteros corripiunt, non repre-  
hensione carent. Plerique existunt profecto, qui cæteros lace-  
sere non desinunt, ipsi admonitione plurimum indigent.  
Complures equidem cæteris detrahunt, qui sunt turpibus  
vicijs ac abominandis sceleribus coquinatique.

¶ Reprehensio indigne iniquitatis.

## Muchos son ignorantes en sus hechos ¶

quieren saber los agenos.

¶ Multi sunt, qui suas rationes non nouerunt: & alienas ine-  
pte curant. Plerique existunt, qui suas causas nō satis cognos-

tur esse gerendum. Si res utiliter agi poterit. Si quoquo modo res fieri poterit. Si rei opportunitas potestatem habebit.

## Tu no: tienes razon de me acusar, o reprehender.

¶ Neq; enim habes quo me accuses. Neq; vlla est causa, qua merito reprehendere possem. Neq; quicquam à me cōmisum est, quod criminandum esse videatur. Neq; vlla iusta mecum postulandi causa oblata est. Neq; quicquam egi quod iure corrigere possis.

### ¶ Excusatio.

## Si tu ouiesseſ ſido, o eſtado presente no lo aurias hecho mejor.

¶ Neq; enim tu melius, si præſens adellès, rem curasses. Neque enim accuratius, si adfuisses, rem egisses. Neq; enim tu cōmodius, si adfuisses, negocium egisses.

## Esto que ſe diſe de Milon es falſo.

¶ Hoc, quod de Milone dicitur, falſum eſt. Hoc, quod in Milonem obijcitur, translatum eſt. Hoc quod Miloni impingitur, vanum eſt.

## Que diras tu ſi estas coſas ſon falſas.

¶ Quid ſi quæ dicta ſunt falſa ſunt omnia? Quid ſi ostēdam hæc omnia eſſe inania? Quid ſi hæc omnia nulla eſſe demōſtrarem? Quid ſi hæc vanā conſtent. Quid ſi hæc omnia dicta eſſe conſirmem?

## Yo hago poca estima de maldizientes.

¶ Malorum enim sermonibus non moueor. Inuidentium ego maledictis fidem non adhibeo. Friuolis ego hominum rationibus non assentior.

## Yo no conozco que Clodio sea mas sufficien-

te que Milon.

¶ Non enim ea cognosco acie ingenij Clodij, vt ipse meliora cogitet quam noster Milo. Non tantā intelligo Tyronis consilij caliditatem, vt ipse acrius queat confidere.

## Si yo hablo claro, o a la clara, deuo ser per-

donado, porque yo soy constreñido a hazer: o es me forzado de lo aysi hazer.

¶ Hoc loco si videor clarius respōdere, nemo miretur, cum id necessitas postulet. Hoc loco si apertē disputo, nemini durum videri debet, quoniā necessaria causa impellit. Hoc loco si quod sentio liberē aperio: tolerandus sum, cum res ita me penitus facere cogat.

*Excusatio.*

## Porq no te marauilles por auentura q tc.

¶ Ne forte mireris cur. Ne forte decipiariis opinione cur. Ne forte false tibi persuadeas. Ne forte male existimes. Ne forte falsa ducaris opinione.

## Quando fue jamas que yo offendiesse a los buenos?

*Quando*

¶ Quando ego vñquam bonis fui impedimento? Quando ego bonis conatus sum offendere? Quando ego bonis adversarius vñquam fui?

## Yo no tengo cosa que escreuir.

¶ Non habeo quid scribam. Non mihi occurrit, quo te genere literarum visitem. Non mihi in mentem venit, quibus verbis tecum colloquar. Nihil est in præsentiarū, quod possimum tibi significem.

## Ninguna cosa me viene a la memoria.

¶ Nihil mihi in mentem venire potest. Nihil mihi in mentem succedit.

### ¶ Excusatio.

## Yo he sido corto en escreuir.

¶ Evidem scripsi parcus, quod. Evidem fui breuior, quia. Evidem breui complexus sum.

## No devo de te escriuir sino porno auer men-

Iagero seguro a quien pueda cometer mis cartas, o de quien yo pueda confiar.

¶ Meæ quidem literæ sunt eiusmodi, vt eas non audeam committere. Si quem tamen, cui fideliter & recte committam, inuenero, dabo operam, vt per crebras meas literas te visitem. Si quenquam nactus fuero, cui recta sit fides adhibenda, ita efficiam, vt meæ ad te literæ deferantur.

**yo te escriuia mas largamente si no.**

¶ Scriberé plura, nisi. Plura essent diccda, si. Pluribus tecum agerem, nisi. Longiori vterer ratione, si. Longior essem in di cendo, si.

**yo te escriuo mas breuemente porque la co sa no me plaze.**

¶ Hæc breuius ad te scripsi; quia id non mihi placet. Hæc breuioribus perstrinxī, quia res hæc me non delectat. Hæc paucioribus egi, quia sine magno dolore aptius hæc exprime non possum.

**Esto no es por defecto de nra amistad.**

¶ Neq; obliuione nostræ amicitiæ hoc accidit. Neq; intermissione nostræ benevolentiæ hoc evenit. Neq; diminutio ne nostræ coniunctionis hoc contingit.

**¶ Excusatio.**

**A que proposito se dice esto?**

¶ Quorsum hoc? Quid hoc sibi vult? Quiem ad finem hoc spectat? Quo igitur hæc suspectant? Hæc, quæ dixi, eo spe ciant, vt.

**yo no te ofro rogar mas affectuosamente,**  
porque se y conozco tu liberalidad, paresce que yo aya olvidado la acostumbrada liberalidad y cortesia.

¶ Non ausus sum vehementius à te contendere, ne tuæ libe ralitatis.

¶ liberalitatis oblitus esse videar. Pluribus verbis non audeo tecum agere, ne te amplissimam tuam beneficentiam oblitum esse putem. Maiori quidem studio quicquam a te petere non debeo, ne liberalitatis tua consuetudini iudices diffidere.

## Aora decemos las burlas.

¶ Sed iam satis iocati sumus. Sed hoc extra iocum. Sed de hoc alias ridere licet. Sed alias iocabimur. Sed ridicula misera faciamus.

## Esto me paresce mil años; o se me haze muy largo ante que se acabe.

¶ Hoc ita longum est, ut optatum sit. Immortalitas mihi videtur, antequam rem hanc consequar. Tanquam immortale videtur hoc mihi contingere posse.

## Yo sigo al tiempo.

¶ Fruor dum licet. Temporibus obsequor. Pareo necessitatibus.

## No he hecho aquello que tu querias, porq no he podido.

¶ Quod serius, quam expectabas, rem efficerem, id rei difficultate commissum est. Quod tardius, quam nolebas, tibi scripsi, id nunciorum parentia non negligentia factum est. Quod diutius, quam credebam, aduentum meum distulerim, id occupationibus velim attribuas.

## Esto es a causa de mis ocupaciones.

¶ Hoc attribuas occupationibus. Hæc rei magnitudini assi-  
gnas. Ignosc mihi. Misere temporum.

### Pinguna otra cosa me detiene.

¶ Neq; tamen vlla res alia me tenet. Neq; tamen alio im-  
pedior negotio. Neq; tamen vlla me ratio mouet.

### De las otras cosas no puedo affirmar cosa de cierto.

¶ De cæteris rebus nihil affirmare possum. De reliquis ne-  
gotijs certi nihil habeo. De reliquis accessionibus certum  
quicquā polliceri non possum. Reliquā nullam spem video

### Si yo hallasse algū camino yo haria lo que tu desseas & quieres.

¶ Si quis mihi esset aditus , id quod speras , aggrederer. Si  
quam rationem comperirem: id, quod desideras, consequi  
posse prosequerer. Si quam viam perscrutari possem ad id,  
quod petis, omnia pararemus.

### No solamente en esto mas aun en todas las otras cosas.

¶ Non solum modo in hac causa, sed etiam in cæteris alijs.  
Neq; solū in hoc negotio, verumetia in alijs omnibus. Neq;  
enim in alijs dumtaxat rebus: sed multo magis in cæteris.

### El restante no pertenece nada a ti.

¶ Reliqua nihil attinent: Reliqua nihil te tangunt. Cætera  
sunt

sunt eiusmodi, ut nihil ad reī tuā pertineant.

[¶ Excusatio.]

## Esto es culpa de la fortuna.

¶ Fortuna culpam sustinet. Hæc fortunæ tribuuntur. Hæc temporibus aſignantur.

## Noz ventura dira alguno.

¶ Fortassis dixerit quisquam. Forſam diceret quisquam. Forſam quisquam ſcitaretur. Quæreret aliquis fortasse.

## Tu dirias por ventura quel es mancebo, o moço, mas el es noble y de valor.

¶ Adolescentem inquis, at nobilem præstantem & primarium. Puerum dices, at doctum sapientem, & expertum. Iuuenem afferis, at amicum, fidum, & necessarium.

## Ninguno era de mas valor.

¶ Neq; erat quisquam honore superior. Neq; erat alius sapientia præstantior. Neq; reperiebatur aliquis virtute præstantior. Neq; habebatur quisquam rebus gestis illustrior. Neq; erat quisquam autoritate præclarior.

## Noz ventura que aun diran esto.

¶ Fortasse etiam illud adderent. Forte etiam illud adducerent. Fortasse etiam hoc non tacerent. Forſitam illud etiam aſignarent.

Yo no

**YO no te puedo satisfacer si no con el ánimo  
y buena voluntad.**

¶ Sed nihil mihi ad satisfaciendum præter bonam voluntatem relictum est. Sed nulla mihi facultas ad remunerandum præter animum gratissimum concessa est. Sed nullum mihi officiorum gratificandi genus præter ardentissimum desiderium datum est.

**Excusatio.**

**No es cosa q̄ haras liuiana, o por palabras.**

¶ Neq; opus est, ut ad rem nudus accedas. Neq; bona voluntas satis est, ut res facultatem desiderat. Neq; enim verba satis valent, ut negotia præsidium requirunt.

**Perdona me si yo no te he podido escreuir  
por la fortuna que me ha impedido.**

¶ Id velim ut ignoscas, quod inuita fortuna facere non potuerim. Id cupio mihi indulgescas, quod negante fortuna curare non valuerim. Id obsecro mihi non imponas, quod nolente fortuna non perfecerim.

**No te marauilles si yo no he hecho, o nego  
ciado este negocio.**

¶ Neq; quicquam est quod mireris, si hoc non egerim. Neque est villa, quod tenearis, admiratione, si rem hac non curauerim. Neq; enim est causa, cur in aliqua sis admiratione, si hoc negotium non perfecerim.

**Si alguna**

**Mas que tu me fauorezas como me has prometido.**

¶ Tu igitur, sicut mihi pollicitus es, fac te rationibus meis adiungas. Tu igitur, ut mihi promisisti, prospice quod a te contendo. Tu igitur, sicuti de me recepisti, te mihi accommodes.

**Yo querria que tu mantuviesses aquello que me has prometido.**

¶ Velim igitur, quod mihi pollicitus es, persoluas. Quod promisisti, velim tua fide satisfacias. Quam mihi spem dedisti, velim re ipsa mihi praestes. Fac igitur, quod es mihi pollicitus, re ipsa experiar. Fac igitur, ut mihi dixisti, ita opus appareat. Fac igitur, ut mihi amanter demonstrasti, ita fac te constare intelligam.

**Mas q tu me quieras tanto como escribes.**

¶ Tu igitur, ut scribis, me charissimum habeas. Tu igitur velim, ut dicis, me tibi coniunctissimum retineas. Tu igitur velim, ut polliceris, me re tua reponas.

¶ Petitione promissorum.

**Despues que yo me he encomendado en tu amistad tu me debes fauorescer.**

¶ Quoniam igitur ego in amicitiam tuam me cōmisi, me ergo exornare atq; exaugere debes. Quoniam igitur iustitiae tuae me dedi, ergo rationibus meis iure ipso optulari debes

Yo

**Yo te ruego que ayas mis hechos por encomendados.**

¶ Te igitur peto, ut rationes meas commendatas habeas.  
A te igitur contendeo, ut statum meum complectaris. A te  
igitur hoc desidero, ut fortunas meas tibi assumas obser-  
uandas.

**Haz me esta gracia, o haz esto por mi amor.**

¶ Hoc igitur nostrae benevolentiae largire. Hoc igitur no-  
strae benevolentiae concedas. Hoc igitur nostrae conditio-  
ni fac concedas. Hoc igitur nostrae affinitati fac remittas.  
Hoc igitur priscae nostrae consuetudini praestare debes.

**Ayuda me pues por tu virtud.**

¶ Adiuua me tua virtute. Complectere igitur me tua sapien-  
tia. Suscipe igitur me totum tuis beneficijs exornandum.  
Ama me igitur tua solita benevolentia. Defende me igitur  
tuo solito patrocinio.

**Yo te ruego pues que tu me quieras defender y fauorescer**

**camo requiere la nuestra amistad.**

¶ Te igitur oro, ut me ita tuearis, sicuti amicitia nostra de-  
postulat. Te igitur obsecro, ut meas rationes ita defendas,  
sicuti nostra necessitudo requirit. Te igitur obtestor, ut me  
ita conserues: sicut amor noster iubere videtur.

¶ Deprecatio auxilij.

**Yo te ruego pues que tu me defiendas.**

Quare

¶ Quare te oro, causam meam agas. Quare te obseruo, vt  
me tibi in omnes partes defendendū putes. Quare à te con-  
tendo, vt me totum conseruandum recipias.

## Yo te ruego á tu fauorezcas mi dignidad.

¶ A te igitur peto, vt dignitati meæ suffrageris. A te postu-  
lo, vt honori meo opituleris. A te igitur efflagito, vt autori-  
tati meæ inferuias. Ad te igitur cōfugio, vt rationibus meis  
te accommodes.

¶ Deprecatio auxiliij.

## Yo te ruego grauissimamēte, o muy mucho.

¶ Itaq; te etiam atq; etiam rogo. Itaq; vchementissimè ob-  
secro. Itaq; plurimū obtestor. Itaq; maximoperè contendo

## Yo demando la tu bencuolencia y autorī- dad.

¶ Benevolentiam igitur & liberalitatem à te opto. Gratiam  
igitur & officium tuum à te desidero. Autoritatem igitur &  
voluntatem tuam à te depolco.

## En tu poder esta hazer que yo ay a quello que desseo.

¶ Est enim in tua potestate id agere, vt, quod maximopere  
desiderem, faciliter impetrare possim. Est igitur tuae facul-  
tatis curare posse: vt, quod vchementer excepto platinum,  
consequi valcam. Est igitur tuae voluntatis omnia me posse  
perficiere, quæ cupiam.

Yo te

**yo te ruego que la esperanza que yo en ti**  
tengo no sea vana.

¶ Rogo igitur ne fallas opinionem meam. Te igitur obse-  
cro ne spem meam decipias. Te igitur oro, ne spes mea fru-  
strata maneat.

### **Por mas gran diligencia por mi.**

¶ Magnam igitur pro causa mea operā fac adhibeas. Sum-  
mum igitur pro meo negotio fac studium addas. Vehemen-  
ter igitur rationibus meis diligentiam fac ad iungas.

### **yo quiero que tu sepas.**

¶ Velim igitur intelligas. Velim igitur ratum habeas. Ve-  
lim igitur tibi persuadeas. Velim igitur exploratum teneas.

¶ Deprecatio duxilij.

**Si yo alcanço esta cosa me parecera que**  
seré restituydo a mi mesinò, o que aure alcançado la co-  
sa que mas desseaua.

¶ Ego deniq; me ipsum mihi videbor restitutum si ré hanc  
assèquì valebo. Si igitur hoc meum à te negotiū cōficitur  
omnia profecto videbor cōfactus. Si igitur hoc feceris exi-  
stimabo mihi quod maximopere desiderauerim cōtigisse.

### **yo me encomiendo a ti.**

¶ Totum igitur me tibi trado. Totum igitur me tuæ fidei  
commendabo. Totum igitur fac me complectaris.

**Yo te**

**Yo tengo toda mi esperanza en ti.**

¶ Nunc reliqua spes mea in te posita est . Nunc me totum tuæ commendo fidei . Nunc alio in nemine quâ te ipso sperare licet . Nunc omnis spes in te solo dependet .

**Si tu hizieres esto a mí me sera gratissimo,**

o cosa muy alegre .  
¶ Sieffeceris , magnum profecto fructum videbor recepisse . Quod si feceris voluntati meæ maximopere obtemperaueris . Gratissimum igitur mihi feceris si in hac re morem michigesseris .

**Yo te ruego esto . &c.**

¶ Illud tandem te oro . Illud deniq; obsecro . Illud finaliter te obtestor . Illud postremo à te contendô .

**Trabaja que sea guardada mi honra.**

¶ Da igitur operâ , ut ratio meæ dignitatis obseruetur . Amicitia igitur nostræ velis habere rationem .

**La honra que hizieres a Gasparino hare**

cuenta que la hazes a mi mismo .

¶ Quæcunq; igitur officia in Gasparinum contuleris : ea omnia me ipsum recepisse putabo . Te existimare volo qui bæcunq; Gasparinum obstrinxeris officijs : eisdem me tibi obligatum semper fore . Quicquid igitur officij & honoris in Gasparinum constitueris id ipsum in re mea te constituif-

autem

O se exi

se existimabo. Hoc igitur si à te impetravero summo me beneficio à te affectū arbitrabor. Quantā igitur diligetiam in Gasparini causa exposueris tátā me à te recepisse iudicabo.

¶ Deprecatio auxiliū.

**Esto es prouechoſo a ti y a mí ſilo hizieres.**

¶ Hoc igitur vt facias non solum mea ſed tua intereſſe arbitror. Hoc vt cures omnis euidem cōmoditas de poſtu lat. Hoc igitur ſi feceris cōmuni cōmodo in ſeruies.

¶ Deprecatio gratiae communis.

**Si tu hizieres aquello que yo deseo yo te**

juzgare por buen amigo.

¶ Si igitur quod volo ſtatuueris, te mei ſtatus amatorem exi ſtimabo. Si ergo quod cupio perfeceris te mihi amicissimū iudicabo. Si itaq; quod à te peto curaueris, te cōmoditatis meæ ſtudioſiſſimum eſſe cognoscam.

**Porque razó ſi me tienes por hombre agra**

descido.

¶ Quare ſi me virum bonum existimas. Quamobrem ſi me virum gratum eſſe credis. Quas ob reſ ſi rae tuis beneficijs dignum eſſe iudices. Quapropter ſi pro hac re vehementer elaborare proſpicis.

**Tu me harás esta gracia, o ſobre todo te rue**

go mucho hagas esto.

¶ Hac igitur tibi erunt curæ quemadmodum conſido. Et omnibus

omnibus igitur rebus , nihil est quod mihi gratius facere possis . Hoc igitur ut quamprimum facias valde rogo . Hoc igitur ut spero perficias .

## Beraras estar toda otra cosa por hazer mi negocio.

¶ Omnia igitur relinques , cum res mea auxilium tuum postulabit . Cætera alia prætermittes cum negocium meum opera tua indigebit . Nihil igitur aliud curabis cum tibi causam meam curare contingit .

¶ Deprecatio auxilij .

## Tu no podras creer quanto esto me sera alegre.

¶ Non posse existimare quam mihi gratum sit futurum . Non tibi persuadere valeres quam iucundum fore putas . Non facile credere posse quam mihi hoc erit acceptum .

## Situ me hazes esta merced .

¶ Quod si hoc mihi beneficium effeceris . Quod si hoc me beneficio exornaueris . Quod si hoc in me beneficium contuleris . Quod si in hoc mihi adiumento esse volueris . Quod si me adiuueris . Quod si te mihi facillimū ostéderis . Quod si ex his me molestijs exueris .

## En lo qual me haras muy gran merced .

¶ Quare rem mihi admodum grata effeceris . Quapropter gratissimū mihi effeceris . Rem igitur mihi feceris quam gratissimam . Mihi igitur erit quam iucundum . Rem igitur mi-

hiaccep̄ta persolueris. Rem igitur aptissimam pr̄stiteris.

**Lo qual si tu hizieres.**

¶ Quod si feceris. Quod si erit factum. Quod si erit à te perfectum.

**Mas tanto por mi como si la cosa fuese**

tuya.

¶ Pro me igitur ita elaborabis tanquā si tua res agatur? Fac igitur causam meam suscipias vt si tuum negōcium tractares. Nō minori igitur cura rationes meas cōplete quā si propriam dignitatem curares.

**Si esto yo pudiesse alcāsar tener me y a por**

bienauenturado.

¶ Quem ego diem si videro, satis fœlicē arbitrabor. Quā ego rem si perfectam esse conspexero me fortunatum existimabo. Quā ego accessionem si tandem consequar optimē actūm esse putabo.

¶ Deprecatio gratiae communis.

**Yo hare por ti toda cosa que a tí cumplas.**

¶ Ego quæ te velle quæq; ad te pertinere arbitrabor omnia studiosissimè & diligēter curabo. De me sic velim iudices salutis tue pr̄sto me semper futurum. Ego tibi actus non defissim neq; defuturus sum.

**Yo hare aquello que tu me mādas, o pides.**

Faciam

**F**aciām quod me rogas. Faciam uigilē quod petisti. Perfi-  
ciām ergo quod iūstisti.

**Obligatio promissionis diligentie et beneficii.**

**A**si lo bare como lo mandas,

**I**ta ut mones efficiam. Itaq; vt præcipis agam. Itaq; vt sua  
des faciam. Itaq; vt consulis pergam.

**L**o qual pnes que tu loquieres así lo ba-

re por tu amor.

**Q**uo d'cum tu ita, vis tuo. igitur amore perficiam. **Q**uo d',  
cum ita iubes tua igitur causa curabo. **Q**uo d'cum ita placet  
faciam igitur desiderio tuo quod voles.

**S**itu quieres alguna cosa de mi yo bare q̄  
no lo pidas en vano.

**S**i quid igitur à me petieris perficiam ne tu frustra à me  
petisse videaris. Si quid igitur à me voles faciam ne postula-  
tio tua inanis habeatur. Si quid igitur à me desiderabis, cu-  
rabo ne tua in me spes frustra videatur.

**R**ecordando me de la nuestra antigua ami-  
stad yo te fauorescere.

**E**go igitur memoria nostræ veteris amicitiae monitus te  
semper amabo. Ego igitur tua virtute perdoctus tibi sem-  
per fauebo. Ego itaq; tua in me obseruaria & modestia mo-  
ueror tuas rationes libentissime tueri.

**Obligatio promissionis diligentie et beneficii.**

**El animo mio sera siempre qual deve ser, o**  
la voluntad que tengo contigo jamas la perdere.

¶ Meus igitur in te animus erit semper, qui esse debet. Meū  
igitur officium semper futurum est idem, quod esse solet.  
Mea igitur in te amandi institutio eadem semper conserua  
bitur, quæ merito constare debet.

**yo estoy muy aparesado.**

¶ Itaq; sum animo paratus. Itaq; sum voluntate promptus.  
Itaq; sum re & opere expeditus.

**Toda cosa q̄ yo por ti hiziere me sera muy  
alegre.**

¶ Omnia igitur, quæ pro te faciam mihi iucundissima vi-  
debuntur. Quæcunq; igitur pro te suscipiam erunt mihi gra-  
tissima. Quæ igitur pro te sustinebo erunt mihi delectabilia.

**Yo porne todo mi poder por ti.**

¶ Quæcunq; igitur facultas erit mihi arbitrio tuo semper  
disponetur. Omnis igitur mea potestas pro sententia tua  
exponetur. quantum igitur in me est, id totum erit tibi pa-  
ratissimum.

**El negocio que tu has recomendado yo lo  
tengo por mio proprio.**

¶ Quod causam tuam mihi commendas, meam puto te mi-  
hi commendare. quod res tuas mihi complectendas commi-  
seris,

seris; meas esse existimò. quod dignitatè tuam à me cura  
ri velis, meam simul curaturus sum.

¶ Obligatio promissionis & beneficiorum.

## Finalmente yo soy de aquella deliberacion o intencion.

¶ Hoc deniq; deliberavi. Hac tandem sum voluntate. Hac  
sum finali opinione. Hac sum postrema existimatione. Hac  
deniq; sum deliberatione.

## Aunque no he alcanzado lo que queria no

no me pesa de lo que he hecho, o tentado.

¶ Et si nihil profeci, rem tamen esse temtata m labor. Et quanquam nihil impetrem fortunam tamen me exper-  
tum fuisse gaudebo. Et si fortasse nihil fuero consecutus, pla-  
cebit tamen rerum conditionem per scrutatum fuisse. Ta-  
men si frustralaboraero, morem tibi gesserò, dum hominū  
voluntates atq; mores expertus fuero.

## Mas nos prouearemos aquellas cosas, o ternemos cargo.

¶ Verum hac videbimus. Verum ista curabimus. Sed hoc  
agemus. Verum hoc transigemus.

## Que da que nosotros hablamos en uno per sonalmente.

¶ Restat igitur, ut coram sermonem habeamus. Reliquum

est igitur vna esse velimus. Extremum illud est ut vna delibera-  
remus. Summa illa sit ut nos simul cognoscamus. Caput illud  
maneat, ut nobis praesentibus vna commentemur.

## Las otras cosas que responos diré el por- tador.

¶ Reliqua tecum ager tabellarium. Cetera per tabellarium  
cognosces. Alia omnia tibi nūcius significabit. Si qua restat  
ex aliorum sermonibus certior fies.

## Yo deseo que la cosa te succeda bien.

¶ Tu quod agere velis deus approbet. Tu quid constitueris,  
exopto, ut tibi bene vertat. Tu quid feceris, cupio tibi felici-  
ter euenire.

¶ Desiderium utilitatis amicorum.

## Quería me hizieses sabidor de aquello q- has de hazer.

¶ Velim igitur, quid acturus sis, me certiorem facias. Velim  
igitur, quid constituturus sis, mihi significes. Velim, quid consi-  
lij sis incepturnus mihi denūcias. His igitur de rebus quid de  
liberaturus sis, fac me doceas. De his igitur negotijs quid sis  
ordinaturus, fac ut sciam. Hac igitur de re quid te facturum  
putes, fac mihi notifices.

## Yo he plazer que la cosa va así.

Itaq;

¶ Ita rem gestam esse gaudeo. Itaque negotium ita est et sconsuetudinibus valde laetor. Itaque factum nostrum ita approbatum iurisconsul

## La cosa fue así hasta aquí.

¶ Res igitur hactenus acta sic est. Negotium adhuc sic se habet. Hoc est quod factum est. Tenes igitur, quo nam pactores gesta sit. His ergo rebus certior factus tenes quid agendum sit. Quae igitur acta sunt vides. Quae igitur constituta sunt collige.

## Tu conosces aquello que yo he hecho.

¶ Nunc à me quae acta sunt clarissime satis intelliges. Nunc quae sunt à me constituta. Nunc quid egerim cognoscis. Nunc quid decreuerim prospicis. Nunc quid constituerim vides. Nunc quid acturus sum accipis.

## Tu has entendido el mi consejo y la mi opinion.

¶ Habes igitur meum consilium. Habes quid augurer. Tenes igitur rationem mei consilij. Intelligis igitur summam meam. Prospicis igitur, quae mea sit institutio.

¶ Admonitio cognitionis.

## Tu has entendido que cosa me ha inducido a querer mal a Clodio.

¶ Accepisti quibus rebus adductus sum, ut cum Clodio bellum suscepserim. Intellexisti, qua causa commotus sum, ut Clodium perpetuo odiam. Vides ergo, quae mea causa mouet, ut

O s Clodij

Clodij inimicissimus esse debeam. Certior igitur factus es  
quæ iniuriæ me à Cladio abalienarunt.

### **Mas como te escreui un poco antes.**

¶ Ut paulo ante tibi dixi. Sed ut ad te scripsi antea. Sed ut antea tibi significauis. Sed ut antea admonui. Sed ut antea tibi declarauis.

### **Las otras cosas otros te las diran.**

¶ Cætera cognosces ex alijs. Quæ igitur sequuntur, alij tibi significabunt. Quamobrem Sempronius explicabit. De cæteris rebus ex rumoribus certior fies.

### **Queda pues, o así que resta.**

¶ Caput igitur hoc est. Restat igitur. Reliquum est igitur. Cætera sunt igitur.

### **Dorlo qual pues que así es.**

¶ Quare quod reliquum est. Quod cum ita constet. Quod quando assecuti sumus. Reliquum est. Quid ita est. Meæ igitur petitionis caput hoc est. Cum igitur ita sit. Itaq; videoas. Ergo ita accidit. Igitur cognoscere potes.

¶ Admonitio cognitionis.

### **Las cuales cosas si tu las mirases hallaras que son como yo digo.**

¶ Quæ omnia si colligeres, vera esse existimabis. Quæ omnia si animaduertis recta, esse conspicies. Quæ omnia si pôdéra

derabis ita, ut dixi, constare videbis. Quæ omnia si memine-  
ris, me vera prædicare iudicabis.

## Adas porque yo torné al proposito, o por que tornemos al comienço.

¶ Sed ut eodem reuertar. Sed ut redeamus ad illud, vnde di-  
uertimus. Sed ut redeá ad id, vnde cœpi. Sed ut redeam ad  
caput ipsum. Sed ut ad rem ipsam reuertar.

## Por lo qual escripta esta sola cosa concluire o no escriuire mas.

¶ Quare si hoc vnum proposuero, finem dicendi faciam.  
Quare si hoc aliud addidero, concludam. Quare si hoc vnu  
edixero scribendi modum imponam:

¶ Admonitio cognitionis.

## Es menester se amor y diligencia.

¶ Fide igitur & cæleritate opus est. Amorem igitur & diligē-  
tiam res depositulat. Voluntatem igitur & maturitatem ne-  
cessitas requirit.

## Pues auemos hablado de las malicias de los

hóbres es menester q̄ siépre las tégamosn la m emori a

¶ Et quoniā de hominis perfidia agere cœpimus: illud cōti-  
nuo mementote. Et quoniam de malorum iniuitate tra-  
ctamus: illud sedulo considerabis. Et quoniā de hominū sce-  
leribus méitionem fecimus, illud semper cogitare debemus.

## Recuerda te desto, o ternas cargo desto.

Hoc igi

¶ Hoc igitur memento. Hoc igitur sit tibi euræ. Hoc igitur curabis. Hoc igitur semper recordare. Hoc igitur sedulo in mente habeas. Hoc igitur semper animo complectere. Teneas igitur sedulo memoria.

¶ Admonitio consilio.

### Finalmente piensa esto.

¶ Deniq; illud cogita. Tandem illud existima. Postremo illud animaduerte. Finaliter illud considera.

### Considera bien pues de la vna parte y de la otra el tu hecho.

¶ Considera nunc vicissim tuum factum. Aduerte nunc in diem rationes tuas. Vide nunc pariter statum tuum. Cogita nunc vltro citroq; accessiones vtriusq; partis.

### Piensa diligentemente que consejo deuenmos seguir.

¶ Accuratissime igitur tecum delibera, quæ consultandi institutio sit recipienda. Non cestabis igitur tecum peruvlere, quæ iā agendi ratiosit nobis obseruanda.

### Tu lo haras mejor.

¶ Facies itaq; melius. Ages itaq; commodius. Curabis itaq; prudentius. Desiberabis itaq; sapientius. Constitues itaq; probabilius.

### Estas son las cosas las qualcs yo te querria hazer saber.

Hec

¶ Hæc igitur sunt quæ tibi nota esse volui. Hæc igitur constant quæ te scire oportere arbitratus sum. Hæc igitur sunt quæ dñe q̄d desiderabam id agere neq; p̄ficiam  
in beneficio tui p̄prio.

¶ Admonitio consiliij.

¶ Tu igitur te aconsilieris ut tu deus tuus es. Tu igitur te aconsilieris ut tu deus tuus es.

## Por estas razones que te he dicho tu deues

hazer aquello que te aconsejo.

¶ Omnibus his de causis debes quod dixi obseruare. His igitur de rebus omnibus debes mihi obtemperare. His igitur rationib⁹ sententiæ meæ debes acquiescere. His igitur rationib⁹ sententiæ cōditionib⁹ debes mihi acquiescere.

## Aora haz aquello que te plazera.

¶ Nunc quod tibi videtur facies. Nunc ex sententia quod xyles coſtitues. Nunc tibi consiliū est, quid tibi agendum sit. Nunc tenes quod debes constituere. Nunc tuum factū considera. Nunc tu ex reb⁹ & ex ratione ceterarum conieclūrarum quid commodè fieri possit curabis. Nunc tu pro tua prudentia quod bonum videbitur perficies.

## Dues si tu hizieres a quello que te aconsejo.

¶ Si igitur me audies. Si igitur mihi obtemperabis. Si igitur morem mihi gesseris. Si igitur mihi credere volueris.

## Yo he usado nueno modo de dezir porque

tu entiendas.

¶ Hoc dicendi genere ad te vſus sum vt intelligeres. Alia ſcribendi ratione in declarando factum vſus sum vt cognosceres.

sc eres. In usitato cōmentandi mōdo tecum egi, vt scires.

## ¶ Daz q̄ seas constante en el buen proposito.

¶ Fac igitur in consilio permaneas. Fac igitur constanti animo persistas. Noli igitur ab inceptis desistere. Fac igitur in voluntate permaneas. Fac igitur ne quisquam ab officio te auferat.

¶ Admonitio consiliij.

## ¶ Tu conosces q̄ todas estas cosas son vanas

¶ Cognoscis igitur hæc oīa esse inania. Tenes igitur hæc esse iciuna. Habes igitur hæc esse vana. Intelligis igitur hæc omnia non valere. Per spicis igitur hæc vim nullam habere.

## ¶ Yo priuado de muchos prouechos y socorros no puedo estar que no aya dolor.

¶ Itaq; priuatus permagnis præsidij cogor debere dolere. Itaq; orbatus amplissimis adiumentis astringor merito ex cruciari.

## ¶ Finalmente yo estoy soñia sun cuidado y

enojo.

¶ Deniq; nunc sollicitus non sum. Deniq; nunc molestijs liber sum. Deniq; nunc ex curis sublatus sum. Deniq; nunc sum labori bus subleuatus.

¶ Significatio doloris & reprehensionis.

## ¶ Yo te espro a cada dia.

Expecto

¶ Expecto igitur te quamprimum. Te igitur indies operior  
Venies igitur mihi expectatus. Non potes existimare quan-  
tum opere te desiderem.

¶ Significatio desiderij.

## Yo espero tus cartas cada dia.

¶ Expecto igitur tuas literas. Operior igitur, ut tuæ mihi li-  
teræ indies deferantur. Tuas igitur literas summa cum audi-  
tare desidero. Incredibile me tenet desiderium videndi  
tuas literas. Cupio igitur tuas literas quamprimum videre.  
Summa igitur teneor voluptate tuas complectendi literas.

## Escruid me muchas veces.

¶ Fac igitur saepe mihi scribas. Fac igitur aliquo me tuo scri-  
ptò lacessas. Fac igitur, vt tuis me literis saepe numero visi-  
tes. Fac igitur, vt crebræ tuæ literæ ad me deferatur. Fac igitur  
mihi literis correspondeas. Fac igitur, vt saepissime per  
tuas literas mecum agas. Fac igitur, vt tuis literis intercedentibus  
de statu tuo siam creberrime certior.

¶ Significatio desiderij.

## Haz que tengas tanto animo y corazon que conserues el estado de la republica

¶ Proinde fac animum tantum habeas, quantum opus est  
ad templicam conseruandam. Proinde fac tanta sit in te  
virilitas, quæ satis valeat, vt cõmunis status conseruetur.  
Proinde fac perseveres, vt tui animi præstantia vniuersis ci-  
uibus salutem pariat.

Haz que

**Haz que tengas grande animo y corazon.**

¶ Tu fac animo forti magnoque sis. Tu fac animum fortem habeas. Tu fac te tua virtute sustentes. Tu bono fac sis animo.

**No hagas hasta que sepas como esta el negocio de la guerra.**

¶ Noli igitur aliud moliri, nisi bellum furor prius effruescit. Non igitur aliquid coneris, nisi prius bellum rumor raucus factus sit. Noli igitur quicquam tentare, nisi prius audiamus, quemadmodum negotium sit constitutum.

¶ Adhortatio ad magnitudinem animi.

**Diles yo te ruego que tu des obra a la virtud,**

tu des mucho a la virtud. Itaque te valde horror, ut virtutibus incumbas. Itaque vehementer obsecro, ut virtutibus invigiles. Itaque a te vehementissime contendo, ut virtutes summo studio complectaris. Itaque non hortor solum, sed etiam te vehementissime rogo, ut sum mam virtutibus operam diligentiamque adhibeas. Cura igitur nihil aliud, nisi ut virtutibus invigiles. Age igitur hoc unum, ut virtutes complectaris. In hoc uno igitur invigila, ut virtutum ornamenta copares. Te igitur oro, ut omnes tuos nervios in virtutis gloriam extendas. Te igitur obsecro, ut omnibus virtibus ad summam dignitatis praestatiem incumbas. Te igitur vehementissime adhortor, ut omni cura: studio: ac vigilatia, ad immortalitatis estimationem insudes.

Tu al-

**Z**u alcanzaras toda cosa con estudio indu-  
stria y diligencia.

¶ Omnia igitur, quæ vis, tuo studio consequere. Omnia igi-  
tur, quæ cupis, tua industria cōparabis. Omnia igitur, quæ  
desideras, tua diligentia nactus eris. Omnia igitur, quæ exo-  
pto, tua virtute perficies.

**P**ro: la qual yo te amonesto que tu te tor-  
nes a la virtud, o al estudio y a la sciencia.

¶ Quare ad virtutē céleo te reuertere debere. Quapropter ad  
studia literarū iudico te debere redire. Quamobré ad egre-  
gias bonarū artiū disciplinas adhortor te conuertas.  
Qua de ré ad rectā viuendi institutionē te referas monco.

¶ Exhortatio ad virtutes & gloriam.

**P**ues dexada la cōpañía de los malos haz  
que te acompañes con buenos y virtuosos.

¶ Ergo neglecta improborum societate, fac te bonis adiun-  
gas. Ergo spreta viciorum familiaritate, officiosos comple-  
tere. Ergo abiecta imperitorum consuetudine, doctos fac  
excolas. Ergo dimissa sordidorum coniunctione, fac libera-  
libus te adhæreas.

**Y**o espero que esta cosa te dara gran looz.

Hanc igitur rem confido maximam tibi laudem allatu-  
am. Hoc igitur negocium spero amplissimam tibi æstima-  
tionis commendationem præstaturum. Hanc igitur virtu-

tem maxime laudi tibi fore confido. Hanc igitur disciplinam summam tibi dignitatis amplitudinem paritaram mihi persuadeo.

### **Pues haz que la fin responda al principio.**

¶ Fac igitur, ut principijs exitus corresponteant. Fac igitur, ut primis ultima consentiant. Fac igitur, ut anterioribus postrema conueniant.

### **Haz que tu hagas así virtuosamente como se cree.**

¶ Fac igitur, ut tua virtus opinioni hominum corresponeat. His igitur virtutum praesidijs te fac exornes, quæ apud omnes virum te maximum efficiant. Effice igitur, ut quam spem apud omnes concitasti, eam clarissimam demostres.

### **Haz aquello que pertenece a ti.**

¶ Fac igitur quod tuum est. Fac igitur quod ad te attinet.  
Fac igitur quod tua virtus depositulat.

¶ Adhortatio ad virtutes.

### **Haz como tu has comenzado y como de**

lues y fuenes.

¶ Perge igitur, ut agis, nomenq; tuū cōmenda immortalitati. Tu igitur, ut instituisti, p̄lequere. Sequere igitur, ut cœpisti. Inuigila igitur toto animo, ut d̄bes. Incubē igitur, ut soles.

### **Haz alguna cosa mediante la virtud, por la qual tu alcances loor y gloria immortal.**

Fac

¶ Fac igitur aliquid ex ingenio tuo de promas, quod homines de lebet. Aliquid igitur ex industria fac cōponas, quod posteros adiuuare possit. Scribas igitur aliquid ex literarū virtute, quod nomen tuum reddat immortale.

**Yo espero que tu reportes del estudio alguna notable virtud.**

¶ Nunc autē expesto, vt ex studio Bononiensi aliquid tuae virtutis eluceat. Nunc autem operior, vt ex tua studiorum disciplina aliquam magnam nominis & estimationem reportes. Nunc autem expesto, vt ex tuo virtutum officio aliquid celeberrimum exoriatur.

**Maz que tu te hagas mas valiente, o esforzado en virtud que jamas fuiste.**

¶ Fac in agendo gloria te vincas. Fac igitur in administrandis virtutibus reipsum superes. Fac igitur in gerendis magistratibus solatijs virtutes tuas excolas.

¶ Adhortatio ad virtutes et glorian.

**Que fuerça tenga esta cosa tu lo puedes mejor pesar, o ymigar qyo saber la, ni dezir la, o escriuirla**

¶ Hoc quā vim habeat, tu potius existimare potes, quā ego scribere. Hæc res quā facultatē habitura sit, tu facilius cognoscere potes, quā ego dicere. Hoc negotiū, quid sibi velit, tu melius intelligere potes, quam ego te possum admonere.

**Zumiraras esto mesor segñ es tu prudēcia.**

¶ Sed hæc tu facilius pro tua singulari prudentia iudicabis.  
Sed hæc tu melius pro magna sapientia tua existimabis. Ve-  
rum hoc tu prouidentius pro accuratissima tua intelligentia prouidebis.

## Pinguo puede mejor conoscer, o saber cō

mo y quando estas cosas se deuen hazer, y quien las de-  
ne tractar que vos.

¶ Sed in his rebus omnibus quid ratio depastulet, causa re-  
quirat, tempora ferat, tu prouidentius cognoscere poteris.  
Hæc igitur negotia, vbi, quomodo, quando, & per quos tra-  
ctari debeant, nemo melius quam tu prouidere potest. Has  
igitur rationes omnes commodius tu ex rerum & temporū  
accessionibus constituere poteris.

¶ Significatio modestie & cuitationis arrogantie.

## Yo te he escripto mucho a la clara confian-

dome en la amistad que tengo contigo.

¶ Hæc ad te scripsi liberius confisus benevolentia nostra.  
Hæc tecum egi apertius singulari nostro amore confisus.  
Hæc tibi plenius significaui spe nostræ amicicitæ perdoctus.  
Hæc expressius tibi nota esse volui mutua amoris coniun-  
ctione commonitus.

## Yo te he escripto esto no para que me tégas

por sabio mas para que conozcas el amor que te tengo.

¶ Hoc igitur tibi scripsi, non vt me tibi prudentem ostendere, sed singularem tibi amorem declararem. Hæc igi-

tur

tur tibi significavi, non ut meum consilium tuo anteponere, sed ut optimam meam voluntatem patefacerem. Hæc tibi nota esse volui, non ut prudentiam ostenderem, sed ut ardentissimum meum in te desiderium ostenderem. Quicquid tibi scripsi, non egi, ut te monerem, sed ut, quanta esset mea erga te benevolentia magnitudo, significarem. Quicquid attigi, non feci, ut ad hoc te magis incitarem, qui diligentissimus es, sed ut, quanto te amore complector, scire possem. Quicquid tibi aperui, non eo feci, ut tibi consulerem, qui nullius indiges monitione, sed ut, huanti te facherem, intelligeres. Quicquid aperui, non egi, ut meum consilium vellem callidum demonstrare, sed ut me tibi amicissimum cognosceres.

¶ Significatio modestie consilij et culationis arrogante.

## Yo te escreuire mas largamente quando yo

aure mas tiempo, o truviere mas espacio.

¶ Sed hæc pluribus, cum plus ocij noctus fuero. Plura dicā alias, cum commodiorem scribendi facultatem habuero. Pluribus tecum agam, cum amplior mihi temporis commoditas suppeditabit. Longiori utar dicendi ratione, cum maior temporis opportunitas mihi oblata fuerit.

## Yo te auria escrito mas largamente si el por-

tador, o correo no me ouiesse dado priessa.

¶ Plura scripsisse, nisi tabellarius festinasset. Plura literis misisse, si mihi per tabellarium festinationem licuisset. Longioribus te literis visitasse, si tabellarius operiri voluisset.

Per-

**Perdoname porque te he escrito breve-  
mente.**

¶ Ignosce igitur celeritati literarum. Parec igitur festinatio-  
ni epistolæ. Dabis igitur veniam, si literas celeriter extru-  
xerim.

**Yo hare fin, o así acabo.**

¶ Sed iam hic finem impono. Finem hic dicendi facio. Sed  
iam his modum facio. Ponam in extremo quod sentio.

**Muelga con Dios y ama me como sueles,**

o mira por ti y siempre te acuerda de mi.

¶ Valebis igitur, & me, ut semper fecisti, ad amabis. Recte  
est igitur vale, et mutuo nos dilige. Cura igitur, ut recte va-  
leas, & me tibi coniunctissimum habeas. Fac igitur optime  
valeas, & mihi mutuo amore correspondeas. Da igitur ope-  
ram, ut valeas, & parem mihi benevolentiam fac præstes.  
Te igitur fœliciter valere desidero, et, ut me alterutæ esse di-  
cas, vehementer exopto. Vale.

¶ *Explicit.*

¶ Stephanus Fliscus de Soncino vir apprime doctus qui  
via celeritate & facililime proficere adolescentes possebant,  
qui ad eloquentiam aspirant, cogitans inuenit optimam  
& apertissimam. Nam, quemadmodum ornatae & varie di-  
uersi vernaculae linguae sermones enunciari valeant, & ad  
omnes fere elocutionis partes accommodari ostendit, &  
ordine in hoc opere digestis. In quo usq; adeo studiosi pu-

ri & adolescentes se proficer cognoscant, vt paruo tempo  
re si perdiscere & memoriae mandare voluerint, deposita  
omni loquendi barbarie, eloquentes euasuri sint.

¶ FINIS.

¶ Impressa en Antequera con Priuilegio Real,  
y con licencia del muy magnifico , y muy  
Reuerendo señor Pedro de Escalo  
na, Vicario en esta Ciudad de  
Antequera.

E Sta tassado por su mageſtad, y por los Señores del su muy alto Conſejo, en Eſpaña a tres ma-  
ravedis el pligoy en las Indias en esta manera. Que en la ciudad de Sancto Domingo , en la  
Isla Eſpañola, y en las otras Islas de las dichas nueſtras Indias, se pueda llevar y lleue a ſeyſ maras  
uedis por cada pligo de las obras, y en la nueua Eſpaña. Y en el nuevo Reyno de Granada a ocho  
maravedis, y en las Prouincias del Peru adiez maravedis. Y mādamos a los nueſtos Presidentes y  
Oydores de las Audiencias reales de las dichas nueſtras Indias, y otros nueſtos qualesquier jueſes  
dellas, que vos guarden y cumplan esta mi cedula. Fecha en Valladolid a veinte y ſeyſ de Nouiem-  
bre, de mil y quinientos y ſeffentá y quattro años.

